d dicit in iiij.ſent.diſt.xi.q.iij.art.iiij.
e debet ar.in.c.nec numerus.x.q.ij.
f venit no.in.c.cum ex iniuncto de here.
g docet loco pręfato:diſt.v.q.i.art.i.
h teſte dicto loco:q.ij.art.i.
i paradiſo c.illud xl.diſt.
a occam in.iiij.ſent.q.ij.circa fi.
b abijcit ar.in.c.parſimoniā circa med.xli.diſt.
c Bernardus: in libris epiſtolarum.

n Egamus quoꝗ; paruulos: quando propria non poſſunt.parentum rōne in deum ferri. Quō em̄ deus pro Euangeliſte verbis:illuminaret omnem hominē.Si ad hoc ratio parentū opus eſſet: vel quomō

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

# Prima queſtio

pro ſententia Alexandri de hales in tertia parte: cognitio dei naturaliter ineſſet homini: ſi parentum adminicula: eſſent neceſſaria? Quis denique iuuaret paruulos infidelium in vias expoſitos, vt ſalutem adipiſcerentur, vt quibus directrix parentum ratio deficeret? Taceo alia multa abſurda. Fides ergo cum offerentium: tum maxime eccleſie: eis patrocinatur. Vel dicas mihi, Diui Innocentes bimuli illi: pro chriſto occiſi, cuius fide ſaluati ſunt? An propria? An negabis. An parentum? quod nec ipſum recipies. Sunt enim reſultantibus ipſis: fideles facti. Quis ergo eis ſuppetias tulit? Nonne fidei ſacramentum? Vel finge paruulos aliquos citra fidem: ad baptiſma offerri (hoc enim fieri poteſt, canonica lege hunc[d] caſum prouidente. Quero cuius ratione dirigantur? cuius fide? propria non, vſu enim rationis carent. Parentum non, quando nec ipſi fidem habeant (fatendum ergo aut fruſtra eos baptiſari): quod ſentire nephas) aut fide eos eccleſie iuuari. que eſt[e] apta veritas.

Sed quorſum hec tam prolixe? Nempe vt euidentiſſime oſtenderem, nihil refragari: parentum ſiue curam: ſiue poteſtatem: ſiue rationem: ſiue fidem dixeris, paruulis ad baptiſma perducendis. Cuius contrarium aduerſa opinio: aſſeueranter & ſenſit & tenuit.

d caſum In c. non illud de conſecr. diſt. iiij.
e aperta: quam firmat glo. in d. c. non illud.

Quod vero argumentum: a tutoribus hoc loco ſub-iectum eſt, nihil beat. Non enim ſequitur paruulos: parentum ſuorum; vel certe tutorum auſpitio: dirigi in temporalibus iſtis, ergo & in ſpiritualibus. Nam ſpiritualia temporalibus maximo gradu preſtant. Et vbi maius eſt periculum: cautius[f] agendum. Saluti ergo paruulorum infidelium: principi inuigilandum, ſi periclitentur.

Reſponſio ad confirma.

vtis. varijs locis probatur.

nõ tutoribus fidendũ. Vel aliter (vt cauillationis materia amputetur) Reſpondeo: totũ argumenti cõtextum admittendo. Dum tamen paruuli tali cura: que illic adducitur. iacturam non faciant. alioqui tutoribus tanq̃ ſuſpectis: tanq̃ predonibus: omĩ eſt adminiſtratiõe interdicendum: Ipſi enim (vt eleganter Saluius Iulianus voluit) preſunt. vt p̄uulorum iura cõſeruent. non diſſipent. adquirant. non [g] ꝑdant. Ad que repeto ea: que in q̃nta ratione huius poſterioris opinionis: adduximus.

f agendum c. vbi periculum de elec. in vi. cum ſi.
g perdant Tex. eſt in. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emp.

Diſſoluit ſexta ratio

r Ationationi que ſexto loco fit. ſatis ꝓuiſum eſt: per cautionem poſterioris opinionis. cum enim opponitur. iudeis per hanc ablationem. preſtari occaſionem interficiendi liberos &c. Reſpondeo principum id fore officium. vt cautela adiecta idonea: talia ꝓuideantur. adhiberi ſiquidem eam poſſe arbitror. quãdo ſub manu principum iudei ſunt. Quod ſi omĩno nulla ſufficeret cautio. quin occulte ſaltem in ſuos ſanguinaria gens iſta: diſſeuiret. probabiliter tamen puto: noſtrã aſſertionem nihilominus procedere. Dubitari enim non poteſt. tales paruulos: pro chriſti fide occiſos: atq̃ ita baptiſmo ſanguinis (inſtar diuorum innocentum) initiatos. vite eterne participes futuros. Nec eccleſia ex hoc homicidiorum auctor diceretur. quippe quod iſtec homicidia: ex cauſa directo intẽta: ꝑ eccleſiã non orirent. ſed velut euentu acciderent. Id qđ ([b] iuxta canonice legis decreta) obeſſe non põt. Alioqui & chriſtus eſſet impius: pro cuius nomine dicti innocentes: Immo ſucceſſu temporis plurimi martires occubuerunt. Opinamũr quoq̃: ſi alterutrũ neceſſe ſit. potius admittendum. vt pro ſalute animarum

corpora periclitentur. quã corporis ſaluatione: aĩas perdere. Pręclarius eñ (pro ſentẽtia Socratis) eſt: alienis nos flagitijs mori. quam noſtris ſaluos euadere. Et (vt [i]Bernhardus ait) Prębſtat percutere carnem: vt anima ſanetur

b iuxta canonicę legis art. opt. in c. de occidendis. xxiij. q. vbi inter alia vult Auguſtinus: Paulum apoſtolũ quia deductores cepit armatos: ſi hij in homies ſceleratos: qui paulo inſidias struxerant incidiſſent. & ſanguis effuſus fuiſſet. non participaſſe crimini. Abſit eñ (inquit) vt ea quę propter bonũ ac licitum facimus aut habemus: ſi aliquid per hoc pręter noſtrã voluntatem mali acciderit: nobis imputetur: fraus eñ non ex euentu: ſed conſilio fit. l. fraudis. ff. de reg. iur. fa. ad pręmiſſa opt. quę no. in. l. qua actioñ. ff. ſi quis in colluctatioñ. ff. ad. l. aquil.

i Bernhardus in libro epiſtolarum.

s Eptima ratione: Aduerſarij defendi nõ poſſunt. vt quę rationale irrationali componat. Nam nihil ex eo euincitur. Tum quia ſuo caſu: iniuria eſt irrationalia diripi. & paruulos ad baptiſma auferri: ſalus: Tum etiam quia infans non aliter irrationalibus comparatur: quã fictione iuris: [k] contra tamen veritatem. Tum deniq; q̄ & ſerui ſi q̄ ſunt iudeorũ. ipſis eodem iure ſubſunt. quo animalia bruta. tamen in caſu ad [l] baptiſma auferuntur: etiam inuitis iudeis. Septime rõnis euulſio.

k contra quia dicit Bar. in. l. i. §. hoc autẽ. ff. ad ſilla. impoſſibile eſſe: q̄ fictio et veritas ſint circa idem omni reſpectu: per. l. filio quem pater. ff. de lib. & poſthu.

l ad baptiſma c. i. de iude. cum ſi.

o Ctaua ratio: ex cõmunibus locis ſumitũr. Quĩs enim neſciat. verba legum etiã generalia: nõ ſemper generali explicatu intelligenda. pręcipue vbi diuerſa ſit rõ. vt ciuil' doctrina in [m] mltis locis notauit: At diuerſaƺ eẽ rõnem: in iudeis adultis & puul': q̃tũ ad iura Octaua racõ ſoluit'.

In contrarium allegata: manifeſtum eſt: illi ſiquidem: voluntatis reſiſtentia obicem ponũt. Hij non ponunt. Pręterea ſi hęc ratio procederet. & nos quoq; iuribus eiſdem: alijſq; fortius pugnaremus. iaculoq; quo ferimur. referiremus. Vnde hęc argumenta vulgaria: niſi alia extrinſecus ratione adiuuentur. parum efficiunt. Accedente; q; iura oppoſita (quorum generalitas nobis obijcit) quãdo de voluntate & coactione loquũtur. ad infantes extendi nõ poſſunt. In quos non cadit iſta cogendi qualitas

m multis De quo vide Bar. i. l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. pat. et ibi Alex. in addi.

Penultime rõi rndet.

n Ec obſtat pænultima ratio: quę de interitu ſeminis iſrael obiecta eſt &c: Quaſi vero ex eo: quod ad chriſtum iudei cõuertunt. ſemen iſrael pereat. An quia chriſtus viam ſalutis docuit. quia apoſtoli: quia Nicodemus: Gamaliel: alijq; multi Iudei: eã ſecuti ſunt an propterea ceſſant eẽ de ſemine iſrael? An qui venit. vt ſaluaret eos. qui de domo iſrael perierunt: ſaluãdo Iſrahelitas: extinxit? Vel an meſſias in mundum ideo veniſſe: Ideo carnem induiſſe exiſtimandus eſt: vt iudeorum ſemina extirparet. non vt ſaluaret? Nihil ergo ſuffragatur quod hoc loco diſceptatur. Aſſumptio enim fidei: ſemina naturę non extinguit: id quod ne ſimplices quidẽ ignorarint. vt ſi prorſus in fatis eſſet: ſemen Iſrael nõ periturum fore: nihilo tamen minus: ea oracula (ſi vel omnes iudei: chriſtianã fidem profiterentur) impleta eſſent. cum iudei etiam chriſtiani facti. ſemen Iſrael agnoſcant.

q Vod porro obicit ſaluatoris noſtri " dei utrio ſtatutum. hanc generationem nõ pręterituram &c. Non obuiat: Nego enim: ſaluatorem prędictis verbis: iudeos ſignificaſſe: Siue eñ Matheũ: ſiue Marcũ

ſiue Lucam in eorũ euangelijs: in [a]capitibus iſtis vbi eadem verba ponunt. ꝑcurras. Non inuenies: ne vno quidem verbo: iudeorum mentionem illic eſſe factam.

a deiuriũ ꝑ iuramento ponit: vt ſupra diximus in ꝟ. deierare. Gellius ď deiurio vincti.

a capitibus Mathei. xxiiij. Marci. xiij. et Luce. xxi.

Ed duo principalia: in eiſdem locis tangunt: par-
s tim enim de preſſura humani generis vniuerſaliter
partim ſpecialiter de chriſtianorum tribulatione tractatur. Poſt que omnia: ſaluator quaſi cõcludendo verbo veritais deierat. generationẽ hanc non preteriturã: donec omnia illa fiant. Merito ergo ea intelligitur generatio de qua tota capitulorum ſeries locuta eſt. Per precedentia enim & ſequentia: immo ex materia ſubiecta: verba dubia declarari. vulgata iuris traditio docet. Nec obſtat gloſſa ordinaria: que in eodem cõtextu iudeos intelligat. Nã dubitatione alternationis (id quod ad gloſſatores ſpectat) vſa eſt. Ita enim dicit. Non preteribit vel omne genus hominũ: vel genus iudeorum. Quibus verbis: pro firmo nihil aſſeruit. ſed nobis veritatis electionem reliquit.

Melius tamen Nicolaus de Lira: qui predicto generationis vocabulo: nõ iudeos: ſed fidelium congregationẽ interpretatus eſt. Preterea & ratio nõ patitur: iudeos intelligi. Cum enim veritatis obligamine: chriſtus iurauit. hãc generationẽ non preteriturã: ſi de iudeis ſenſiſſet. videri poſſet eorum ſectã approbaſſe. vt ita veteris teſtamenti ſeries: donec finis mundi adeſſet. non ceſſaret. Quo caſu ſtare nõ valeret illud: quod Luce. xvi. chriſtus dixit: lex & prophete vſque ad Ioãnem: ex eo regnum dei euãgeliſat. Quod ſi chriſtus: iudeorũ generationẽ permanere voluiſſet.

Quis (ꝑ io tuem lapideum) improbam iſtā qua teſtentur
ꝑfidiā: ipſis imputaret? Aut cur ipſi interea mortui: dam
narentur. ſi ex chriſti ordinatione viuerent? taceo multa
alia abſurda: tanq̄ꝫ omnibus nota. Recedendum eſt ergo
ab ea parte gloſſę. qua iudeos ſignificari intelligit. recipi-
endaq̄ꝫ vł altera pars eiuſdem. qua humanū genus expo
nit. Vł verius interpretatio Nicolai: q̄ fideles intelligunt

Ultia rō diſſoluit — Vltimę rationis ſeries: aliquantulū [a] coloris: nihil ſapo
ris habet. Quāq̄ꝫ em̄ fateamur paternā poteſtatem: mul-
tum habere momenti. Hoc tn̄ non eſt ꝑpetuū. Tū quia
d. c. ſi. in glo. ꝺ ꝯuer. infid. — fauor fidei prępōderat. Tum etiā quia vbicūq̄ꝫ patris im
pietas euidētia facti apparet. eius poteſtas interit. vt ſupra
in ſexta rōne ꝓbauimus. Patria em̄ poteſtas: & quę ꝑ ius
ciuile creata ſit. cōtrario iure tolli (ſi ex re illud exiſtat) nō
iniuria pōt. Nec ad rem ꝑtinet. ſi opponatur paternę pie-
tatis vim pręſumi: pręſumpcōe iuris & de iure: cōtra quā
probatio in contrariū non [b] admittatur. Quia rn̄deo. talē
pręſumptionē tolli: contrario iure: cōſtituto. Iura eni nō
min⁹ in caſu paternę impietatis: ſic pietatis: & forte plus
pręſumpſerunt. & pręſumēdo [c] ſtatuerunt. Vnde cū non
ſolum pro patre: ſed etiā contra eū [d] pręſumatr̄. non potu-
it ea oriri pręſumptio: quę contrariā probationē [e] tolleret:
Quę doctrina materiā pręſumptionū: tam notabiliter:
quam noue limitare [f] videtur.

a coloris hoc loquendi genere: vſus eſt Bar. in. l. ſtipl'ationes non
diuiduntr. ff. de ꝟ. ob.
b admittatr Bar. in auten. ſed iam neceſſe. C. de don. ante nup.
cum ſi. vulgatis.
c ſtatuerunt id qꝺ ſupra in varijs locis ꝓbatū eſt.
d pręſumatr tot tit. de inoff. teſt. cū ſi. fa. l. cū ꝗdem. C. de fidei cō.
e tolleret ar. opt. in. l. ſi qui. C. de adul. Bar. in. l. diuus. ff. de in
inte. reſt. fa. glo. in. c. tuā de ſpon. cum ſi.

f videt͛ in eo ꝙ dicit͛ ꝯtra pręſumptionē iuris: ⁊ de iure nō admitte⸗ ti ꝓbationē: niſi ꝑ ꝯfeſſionē Bar. in d. autē. ſed iam: Tu adde: ꝙ etiā ea pręſumptio tollit. ſi in caſum ꝯtrariū ius ſtatuat.

Anc ergo poſteriorē opinionē[f] ſecut[9] ſum. amo⸗ h re adductus veritatis. quā coli: modiſqꝫ omnibus fouere debere. [g] Impator noſter teſtatur. procꝫ ea aſſerenda (Vt Auguſtinus [h] voluit) ſupliciū ſubeūdum. Iram enim in ſeſe dei prouocat. Immo proditor eſt veri⸗ tis. ſed & mendaciū cōmittit (pro eiuſdem Auguſtini. Criſoſtimiqꝫ teſtimonio) qui eam vel nō tuetur. vl' libere non [i] pronunciat. huiuſmodi opinionē (vt cui pondus ra tionū aſſiſtat) tametſi diuerſa ſentientes. maximi ſunt: & nominis & auctoritatis. recipiendum tn̄ puto. ea mode⸗ ratione: vt eccleſie determinationē (ſi qua fiat) ꝓbabiliora qꝫ ſenſa (ſi qua proferātur) ſemꝑ ſum approbaturus:

g Impator in autē. de tabelli. in prin. fa. l. i. C. de debi. liber. toll.
h voluit in. c. nemo peritoꝝ. xi. q. iij.
i pronunciat c. quiſquis. c. noli timere. e. c. et. q.

Concluſiōes aūt quas ſolemnis vir: Doctor Georgi⸗ us Northofer: in cāpo litterario ſuſtinuit. glorioſeqꝫ (quā uis accerrime confligebatur) euicit: hec ſunt.

Prima concluſio: ex queſtione ꝑ eum propoſita (quā hic non inſerui breuitatis cauſa) talis eſt. Princeps & qui⸗ libet iudeorum ſuperior: non ſolum poteſt. Immo debet cum cautela bona iudeorum paruulos: facere baptiſari

Secunda concluſio. Non ſolū princeps &c. ſed & qli bet bonus chriſtianus: poteſt & debet in caſu: paruulum iudei & infidelis: inuitis parentibus baptiſare:

Primū corollarium. Si quis iuuenē iudei filiū hic exi-ſtentem. patri iudeo abſolute reſtitueret. infideli nō eſſet melior. Immo homicida eſſet multo deterior

Secundum corollariū: Nec pactū quodcunq; cum iu-deo de reſtituendo: ſic initum. eſt obligatorium. Immo contrarium huius corollarij facere: eſſe friuolum

Tertium corollariū. Poſſet tamen iſte paruulus: cum certę recuperationis cautela: licite patri reſtitui

Qđ tenuit Calde. in ꝯſi. lij. de iude. In quo ego dubito ꝓpter. c. Sę pe cum. c. pręcedenti. xxviij. q. i.

Quartū corollariū. Principes: inter chriſtianos tot ſuſtinentes iudeos: pręcipue vſurarios publicos: male faci unt.

Ad quod bene facit quęrela Wimphelingi infra annexa.

Tertia concluſio: Et ſi adulti: nō ſint ſimplr ad bap-tiſmum ſuſcipiendum compellendi. Attamen minis & terroribus: ſeu coactione conditionata: cogi poſſunt

Primū corollarium. Princeps bohemos ad legem chri ſti ſeruandam: licite compellere nedum poteſt. immo de bet: & tenetur.

Secundum corollariū. Si thurci chriſtianos: nō turba rent. nec vi aliquid eorum detinerent. ad legem chriſti ſer uandam: ſimpliciter & abſolute compellendi non eſſent

Sequit̄ ſecunda quęſtio principalis.

# Secunda queſtio

**Ecunda queſtio. Si de**
derimus: paruulos noſtrę cõtrouerſię (vt ſu-
s pra diſputatum eſt) abſtrahendos non eſſe
cuius tamen contrariũ ſupra edocui. An
ſaltem: impuberes iudeorum filij: maio-
res infantia: volentes cupienteſq; ad baptiſma inuitis pa
rentibus: pduci poſſunt: Et quia hic loci: impubiũ vo
luntas in quęſtione vertitur. Ne ergo temere cõcludendo
in precipitationẽ: quę vt dicit [a]Ioannes papa) nouerca iu-
ſticię eſt, incidam. Anteve iudicans quã pquiram. in la-
birinthum erroris [b]impingar. Impubiũ vel puulorũ ętas-
tem: dupliciter eſſe cõſiderandam puto. Quidam enim Duplr̃ ɔſiderã
ſunt oĩno infantes, vtpote qui intra ſeptẽ annos ſunt. tur im
Id quod imperator noſter aperte teſtatur. [c]dicit enim: Si puberes
infanti ideſt mĩori ſeptẽ annis in poteſtate patris: Et quę
ſequuntur. cui intellectui ius ciuile paſſim adſtipulatur.
Alij ſunt: q ſeptem annos cõpleuerunt, quos in hac quę
ſtione impuberes nominabimus. Et quãuis non ignorẽ:
id vocabulum generale eſſe ętati: quę intra quattuordecĩ
annos eſt, coartare tamen eos in preſentia volui, vt oppo
nerentur infantibus, ad inſtar adoptionis: quę ipſa: gene
ralis eſt, & [d]ſpecialis. Hij impuberes in duplici ſunt diffe
rentia, quoſdam enim infantię proximos, alios pubertati
proximos ius recipit. Accurſius in ſua [e]gloſſa: eos dicit
eſſe proximos infantię: qui decem & dimidiatum annos
habeãt. Quod vero vſq; ad annos quattuordecim reſtet
proximis pubertati adicit. Vt anni qui a ſeptennio ad q̃t
tuordecim intercurrant, per mediũ ſecti. Alteri infantię
proximis: alteri alijs: adſcribantur. qđ & [f]Bartolus [g]An-
gelus: cęteriq; [h]legulei adprobãt. opinionem q; eam eſſe
cõmunem teſtificantur.

a Joannes in cle.ij.§.verum de re iud.
b impingar c.ſciendum.xxix.diſt.ſa.c.ſit rector.§.nam ſicut.xliij.diſt.ibi.ne igitur ꝛc.
c dicit em̄ in d.l.ſi infanti.C.de iur.deli.
d ſpecialis l.i.ff.de adopt.
e gloſſa inſti.de inuti.ſtip.§.pupillus ꝛ in.l.pupillū.ff.de.reg.iur.
f Bart. in l.i.in fi.ff.de noua.
g Angelus in d.§.pupillus.
h Legulei dicūtur qui legum ſtudia ſectantur: ſeu in legibus verſantur. Cicero. Ita ꝛ tibi iuriſconſultus nihil niſi leguleius quidem cautus ꝛc. leguleioꝝ meminit fabius in duodecimo. nemo ergo in me dentes intendat: qui predicatione attenuata; ſcriptores iuris nominē: latine em̄ loqui volo.

Go hanc dinumerationē non recipio. tūm qūia e nullo iure fūdata. tum etiā quia proximos puberta ti: aliter ius accipit. Caliſtratus enim eos [i]ait prope pubertatē: quibus ſemeſtre tēpus ad legittimā ęta tem reliquū ſit. Ex quo textu: ſicut proximos pubertati colligimus. quibus ad plenā: pubertatem ſex menſes deficiunt. Ita ediuerſo: proximos infantię accipio. quibus ſex menſes: ad ętatem infantilē: ſcilicet ſeptennium: accedūt. Sunt em̄ inter ſeſe: acceſſus & receſſus reciproca. Quę (vt ex [k]Modeſtino notatur) ſeſe reſpiciunt: vel certe: vt duo contraria: quorum (iuxta id quod p[l]manus traditur) alterum ex altero infertur. Nec ad rem ꝑtinet: ꝙ Caliſtratus de hijs loquatur qui prope puberratē: non qui proximi ſunt. Nam illic (de i[illegible]ris neceſſitate) poſitiuus ꝓ ſuplatiuo capitur. Id quod in [m]iure noſtro: vſu venire ſolet. Hanc opinionem Innocentius [n]tenuit: Cui & ex [o]leguleis multi ſubſcripſerunt. Quę ſectio locum non habet. ſi aliud ratio ſuaſerit. vt is ipſe [p]Accurſius: alio quodam caſu tenuit. quod & Aretinus ille Angelus ſubſecutus eſt. At hic aliam eē: & aliam rationem: propter verba Caliſtrati

ſupra recitata: propterq; vocabuli vim: nemo non videt Ex quibus infero. proximos infantię eos dici. quibus ſupra ſeptem annos: acceſſerunt ſex menſes. pubertati vero proximos: quibus ad iuſtam ętatem: ſex menſes deficiũt. In pręſenti ergo quęſtione: cum pupillorum ſeu impuberum meminero. eos intelligo: qui vel proximi infantię: vel ab ea ętate: intra quattuordecim annos: non qui intra infantiam ſint

i aſt in. l. non tãtum. ff. de excuſ. tut.

k Modeſtino art. in. l. iam hoc iure. ff. de vulg. ⁊ pup.

l per manus contrariorũ eni̅ eſt eadem diſciplina. Inſti. de hijs q̃ ſunt ſui. l. fi. ibi opt. no ad ꝓpoſitum. ff. de le. iij. in fi.

m in iure no. in ſiti. in. l. diuus. ff. de tut. ⁊ cur. dat. Inſti: loca. §. fi. fa. l. in re mandata. C. man. glo. in. l. ſed ⁊ eſt quęſtionis. ff. de iniur. l. heredes. §. non tm̄. ff. fami. her.

n tenet in. c. continebatᷣ de deſpon. impub.

o leguleis Io. An. in addi. ad Spe. in tit. de teſt. §. l. ꝟ. nũq̃d pubes factus glo. improbat pulchris rationibus: quod etiam ſequitur bal. in d. §. pupillus. Idem tenuerunt dñ: ⁊ Nico. de mata. in. d. l. nõ tantũ: prout eos allegat Albe. in ſuo dictiona. in ꝟ. ętas. Ab opi. quoq; glo. recedit Hoſt. in d. c. continebatur: ⁊ videtur opt. ar. ſumi ex. l. deinde. §. pe. ff. de lib. exhi. vbi habetur: quis dicatur proximus ętati pubertati.

p Accurſius in. l. neſennius. ff. de neg. geſt. Ang. inſti. qui ⁊ a qui. §. finali.

T q̃uia de voluntate impuberũ: quęſtio loquitur incidens quędam dubitaciuncula reſolui debere videtur. An ſcilicet impubes: velle poſſit. In quo breuiter diſtingue: Aut enim loquimur de ea voluntate. quę in naturali cõſenſu (nulla habita ciuilium nodorum ratione) quieſcit. Aut que ciuili ſubſiſtentia ſtabilitur:

Queſtiũcla de volũtate impubiũ

duplex volũtas ipubiũ

Prior illa voluntas: in ĩpuberem cadit. poſtquam eam (de qua ſupra dixi) etatem: vtpote infantiam: vl̃ que pxima eſt infantie: expleuerit. quod ex [a] Impatore noſtro colligimus. qui pupilli voluntatẽ: ſi ſeptem annos ille compleuerit: in aditione hereditatis: eſſe neceſſariã conſtituit Hac voluntate pupillus maior infante: om̃ia hec facere: vl̃ ſine tutore poteſt: que naturali cõſenſu [b] explicãt. ſicut eſt poſſeſſionis vel inceptio vel amiſſio: quando ea res: pro Offilij Neruete ſententia: facti non iuris eſt: quod tamẽ maiori explicatione [b] eget: Oritur preterea: tali cõſenſu naturalis obligatio. vt paſſim ciuilis [c] lex cõmonſtrat. Numeratio enim impubi facta: hac obligatione eum tenet. Hoc etiam naturali cõſenſu fit. vt ſponſalia mox cõpleto ſeptennio: [d] cõtrahantur. vt merito velle poſſit. quicqd pure naturali conſenſu conſtet.

a impatore D. l. ſi infanti. §. fi. iunc. l. ponit. C. de iur. liberã. fa. l. bonor. C. qui aduieri ibi impuberi poſtulanti.
b eget ad tex. nrm. fa. l. poſſeſſionem (ſicut ego eam intelligo) ff. de adqr. poſſ. l. i. §. adipiſcimur ibi bar. in. fi. ff. de adquir. poſſ. tex. opt. in. l. donatar. C. e. ti.
c ciuilis lex no. in. l. cum amplius. §. is non debet. ff. de reg. iur. l. ſtichum. §. naturalis. ff. de ſol. l. i. in fi. ff. de noua. l. cum illud. §. heres. ff. quan. di. leg. ce. l. in munerationibus. §. ſi pupillo de ſol. l. fi. de iur. iur. cum ſi.
d contrahant vt no. in. c. lr̃as de deſpon. impu.

n Ec obſtare ſane poteſt: ſi quis nobis [e] Venulei Neratijq; ſententiã obiecerit. volentiũ: qd̃ pupillus mutuam pecuniam accipiẽs. ne natura quidem obliget. Reſponderi em̃ (iuxta Accurſij diſſolutionẽ: que vulgo recipitur poſſet. In iuribus cõtrarijs: pupillum fuiſſe infantẽ. vel forte illic: obligationẽ contractã inter pupillum & tutorem: quã ius prohibet. Nam vt [f] Vlpianus ait: cum ſolus tutor mutuam pecuniam pupillo dederit:

vel ab eo ſtipuletur: non erit obligatus tutori. naturaliter tamen obligabitur. in quantũ locupletior factus ſit.

e Venulei in. l. pupillus. ff. de act. ꝛ obli. ꝛ. l. qđ pupillus de condi. inde.
f Vlpianus in. l. iiij. ff. de auct. tut.

e EGo tamen hanc reſponſionẽ: non approbo. Leges ſiqdem contrarię: de pupillo [g] generaliter loquũtur. ad infantem ſe non artantes. Preterea hęc gloſſę ſolutio: ex dictis Vlpiani verbis: fundari nõ poteſt. Illic namq; manifeſte ꝓbatur. nedum nõ ꝓhibetur. inter tutorem & pupillum locupletiorẽ factum: natural' oriri obligatio. Quamuis gloſſa ibidem (quod venia ſua dixerim) flexu vocis: & interpunctione: contextũ verborum: non bene ſeparet. Nam vbi textus dicit: pupillũ non eſſe tutori obligatũ naturaliter: hic punctũ facit. & ſeparans ſequentia: ita legit: Tamen obligabitur in quantum &c. quę vocis inflexio: ſinceritatẽ oratiõis [h] impurat. Id quod in meo opere: de Accurſianis erratis latius elucidabitur.)

g generaliter et non eſt circa iura generalia: ad certas pſonas diuinãdum: niſi aliud appareat: de quo eſt pulchra gloſſ. in. l. emptor in fi. ff. de pac. ſa. opt. l. i. §. hęc verba. ff. quę in frau. cum ſi.
h impurat Eius enĩ coniunctionis Tamen: natura eſt: vt ſequat' in orõne: non orõnis caput. ab ea ſumat'. Pręterea ſi tutori pupillus non obligabitur naturaliter. cõſequens eſt: vt inter eos penitus nulla ſit obligatio. Quõ ergo vel vnde orief' obligatio: cũ pupillus locupletior factus eſt: quõ euẽtus locupleratiõis: obligationẽ pariat. quã numeratio pręcedens nõ potuit: Reijcienda itaq; eſt interpunctio glo. et ita legendum. Naturaliter tñ ꝛc. ſed de hoc latius alibi.

i ITaq; aliam putamus: ad iura cõtraria dari poſſe ſolutionem. Obligatio enĩ naturalis in noſtro caſu. (Nam de ea obligatione naturali: loquimur. quã conditio perſonarum facit) dupliciter venit conſideranda. Vno modo ꝓ vt ex ea ſpecies & figura quędam

neceſſarię prestationis naſcitur. quę tamen actionē nō pariat. vt eſt exceptio [i] cōpenſationis vel impedimentū [k] repetitionis ſoluti. Hoc caſu iura cōtraria: quę dicunt pupillos naturaliter non obligari: ꝓcedere quā expeditiſſime poſſunt. vtpote: quod ipſi ſolutū repetere poſſunt. cōtra eos cōpenſari non poſſit: & ſi quod ſit eius ſimile. Alio modo: pro vt obligatio illa: in puris naturalibus cōſiſtit per quā nulla penitus prestationis neceſſitate: ſed natura tantū dictante obligamur. Hęc in ſeſe nuda eſt. nihilqꝫ ſecius efficit: quā ꝙ materiā prebet: vel nouationis vel liberationis: ad conſecutionē legati. hoc eſt ꝙ iuriſconſulti dicunt: obligationē pupilli naturalem [l] nouari. Preterea ex ſolutione eius: qđ hac obligatione debet̃. pupillū legata conſequi [m] poſſe. Quo caſu ipſi: naturaliter obligari abuſiue dicunt̃. In ea em̄ obligatione: nullus nexus: ſed recognitio eſt quędam acceptę pecunię: naturę impulſu procedens. Et ita intelligant̃ iura: naturaliter obligantia pupillos. Limitabimus tñ prędicta oīa: niſi pupillus ſit fact⁹ locupletior. tunc em̄ teneri eum [n] ęquitas naturę poſtulat. Et hanc eſſe tam expeditā: quam verā doctrinā: in materia prefata putamus. a nullo tamen (quod quidem ego ſcierim) ita traditam.

hoc membrum Criſt⁹. por. i ti. de obli. i inſti. q̄ſi a remotis attigit

i compenſationis l. etiam. ff. de compenſa.
k repetitionis no. in. l. ſi non ſortē. §. libertus. ff. de condi. inde.
l nouari d. l. i. in fi. ff. de noua.
m poſſe d. l. cum illud. §. heres. ff. q̄n di. leg.

n ęq̄tas naturę Et ita intelligendum puto tex. in. l. iij. ff. de auct. tut. vbi dicit naturaliter tñ obligat̃ ꝛc. hoc eſt ęq̄tas a natura ꝓcedēs obligat pupillū cum effectu. nec intelligenda venit obligatio natural̃ illic: quę ciuili opponit̃. Sꝫ ea naturę obligatio: q̄ dicit̃ natura ęquū eſſe ꝛc. l. nam hoc. ff. de ꝯdi. inde. id qđ rō quę in. d. l. iij. ponit̃ euidēter demōſtrat. ꝙ ſi cui veꝝ ſine inuidia menti ſedeat. opinor mihi adſenſurum.

# Secunda queſtio

h Ec itaq; voluntas: naturali illo (vt repetã quę prin
cipio dixi) inducta conſenſu: in impuberẽ mox cõ
pleto ſeptennio: & deinceps cadere poteſt. vt in
om̃ibus illis: velle poſſit & nolle. quę mere naturalia ſunt
Nec ad rem ptinet. Si ſurſum opponat̃. impuberes il-
los nec velle poſſe nec nolle: etiã in actibus naturę. Illi em̃
niſi proximi ſunt pubertati. ex delicto (ſi q̃d patrarũt) nõ
puniunt̃. Vt q̃d: in eis voluntas deficiat. q̃d ipſum ciuil'
lex paſſim cõſtituit Reſpondeo em̃ iuribus in contrariũ
actis nihil euinci. Cũ aliud ſit peccare: aliud peccato ob-
ligari. Illud quippe voluntate nuda explicat̃. Hoc cõſtitu
tiõe poſitiua procedit. Peccata enim (teſte Seneca) ſunt vo
luntaria. Itaq; quãuis pupilli: niſi proximi pubertati: pec
cato non obligent̃. vtpote quos propter miſeratione eius
conditionis (Triphonio ꝑ docente) cenſura ad coertionem
exceperit. conſtat tñ eos peccare poſſe. quis enim neſciat
impuberes vel ſeptennes: mentiri. furari: cõuiciari: cętera
q; id genus vitia: ſequi. q̃d & Gerſon ꝑq; ſignate adfir
mat qui in tractatu ſuꝑ cantica canticoꝝ probat. Impu-
beres ante legittimã ętatem: peccare quidem poſſe. Verꝝ
ex peccato pęnam non mereri. Iura igitur in contrarium
ducta. quę ab impuberibus pęnã ex delicto: nõ vero de
lictum abnegant. nihil obuiant. Maxime q̃d hoc non tã
defectu voluntatis impubis. quã miſeratione eius ętatis
contingat. Alia eſt voluntas: ciuili vinculo roborata: vel
ꝑ ius ciuile qualificata: quę ſcilicet ius: pleno aliquẽ eẽ in
tellectu requirit. ad cõuentiones ciuiles gerendas. Hac vo
luntate: pupilli ſine tutoris auctoritate: in rebus obligato
rijs nec velle habent nec nolle. quan q; in euidẽtibus vti
litatibus omnia. vel in hanc partẽ poſſint: ſine ea auctori
tate. Cuius aſſertionis diuulgata eſt iuris ciuil' doctrina.

Alia re plica

q: obli- gatio ẽ iuris vĩ cul ũ ?c̃ Inſti. d obli.

Alia volun- tas

Inſti. q alie non. li cet cuz ſi.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

o paſſim in d.l.pupillum.ff.de reg.iur.l.excipiunt.ff.ad ſilla.l.ſed et ſi quecũqꝫ.§.ſed etſi infans.ff.ad.l.aquil.l.i.§.an in pupillum.ff.depo.l.impuberẽ.ff.de fur.inſti.de obli.que ex deli.naſt.§.pe.l.ſi.C.de fal.mo.cum ſi.
p docente in.l.auxilium.§.in delictis.ff.de in.iunc.c.cos quos.de conſecr.diſt.iiij.
q adfirmat in tractatu ſup Canti.canti.ꝑti.i.ↄſidera.iiij.

Nunc ergo ad predictam queſtionẽ ſecundã reſponſurũs.hanc pono cõcluſionẽ.Filij iudeorum impuberes:expleto ſeptennio:volentes petenteſqꝫ:ad ſacrum baptiſma:parẽtibꝰ vl' inuitis:ꝑducẽdi & fonte ſalutis initiãdi ſunt.

Pria ratio

Ec concluſio probari cõpluribus poteſt.Nã pri-
h mo.Conſtat.impuberes:omĩa illa:velle poſſe.ad quorum ſubſiſtentiã:ſufficit nudus naturalis cõſenſus.id enim ſupra latiſſime probatũ eſt.Cum aũt pare baptiſmũ:velle baptiſari:actus ſit pure voluntatis:naturaliqꝫ conſenſu explicet.id quod omĩbus cõſtat.maxime ꝙ baptiſmus lege euãgelica ꝓcedat.que (vt [a] canon dicit) ſup iure naturali fundata eſt.Impubes ergo in re baptiſmi:petere:velle:& conſentire poteſt.Eo precipue:ad cauillationẽ euitandam.accedẽte.quod ad baptiſmũ de iure [b] canonico qualiſqualis voluntas:non plena ſufficit.Vt nihil obſtet.quod [c] Pauli iuriſconſulti verbis:opponi poſſet.Qui dicit.Impubis etatẽ:nec ſcire nec diſcernere poſſe.Verum enĩ illud eſt.in negocijs:que plena & ꝑfecta examinatione egent.vt ibidem elegãter Bartolus [d] notauit.At vero ſi ea ſit conditio rei:que multa examĩatione non egeat.Vt bonum amplecti:fugere malum:id eas etas poſſe non dubitatur.

a dicit d.c.ſana diſt.ix.
b canonico in c.maiores ꝑ.all.de bap.
c Pauli in.l.pupillus.ff.de adquir.here.

d Notauit dicit eñ Bar. in d. l. pupillus in ꝟſ. Quero quid vult ꝙ ſcire ſumpt i magis largo modo cadit in pupillũ. Scit eñ ꝙ bonũ eſt habere aliquid: ⁊ malũ non habere: ⁊ quedam multa vniuerſalia que habent ſine examinatione ⁊ ideo pupillus naturaliter obligatur ⁊c. Hec Bar. declaratio vrgentiſſ. eſt ad propoſitum.

Mplius: impubes expleto ſeptennio: ad adeũdã Secūda
a hereditatẽ ſuam: conſentire poteſt. immo tali ca ratio.
ſu ꝑ tutorem: ſine pupilli voluntate (vt [e]Imperator docet) nihil agitur. Quod ſi in his: que temporale cõpendium pollicentur: impuberis volũtas admittitur. quãto plus in ſalute vite querenda. Illic enim corpori conſulit. Hic anime prouidetur. Et verum eſt: quod temporalia: ſpiritualibus longe cõcedant. vt ſupra in prima queſtione: in ſexta ratione poſterioris opinionis: probatum eſt.

e imꝑator in d. l. potuit. C. de iur. deli. cum ſi.

Reterea impubes: ſeptenni etate ſuperata. ad ſpõ Tertia
p ſalia conſentire [f]poteſt. q conſenſus tam eſt efficax ratio
vt etiã ad iuſtas nuptias ſufficeret. ſi modo carnalis adeſſet cõmertij [g]facultas. Que ſi vera ſunt: in ſponſalibus. neceſſario etiã in baptiſmate ſuſcipiendo admiſerimus. quod ſacramentũ vt eſt maxime neceſſariũ ad ſalutem. Ita ſacramento matrimonij: longo interuallo prefertur. Sine illo enim: alia ſacramenta nihil operant. Vt ſupra in prima queſtione: vltimaqꝫ ratione poſterioris opinionis declaraui

f poteſt in. c. litteras de deſpon. impu. l. ij. ff. de ſpon. ſu. c. i. de deſpon. impub. li. vi.

g facultas Tex. eſt opt. in. c. de illis de deſponſa. impub.

Iam vero: ſi ĩpubes ſeptẽnis. peccare poteſt (hoc eĩ Gerſon in predicto libro: ſuper cantica canticorum teſtatur: Quarta rō.
& alioqui manifeſtiſſime conſtat. Tum ex diui Gregorij dyalogo. Tum etiam re ipſa ſeſe prodente) conſequens erit, vt etiam bene agere: atque ita baptiſma

petere poſſit. ne contra ſententiam [a] imperatoris noſtri: maior facultas malo: quam bono ſit operi

a in d. auten. de reſti. et ea que parit in. xi. men. in fi. et. l. ſeruius. ff. quod vi aut clam

Quita ratio

Accedant que veriſſime per Auguſtinũ ad Renatũ [b] ſcribuntur. Septennis inquit. etatis pueri: vel mentiri & verum dicere: cõfiteri & negare iam poſſunt. Et ideo cũ baptiſantur. iam ſimbolum reddant: & ipſi pro ſe: ad interrogationem reſpondeant.

Que Auguſtini verba: quam omnino euidenter probant. id etatis impuberes: taceo natu maiores: in ſuſcipiendo baptiſmo: velle poſſe. Vtpote quorum propria reſponſio: non tam ſuffitiat quam exigatur

b ſcribuntur vt glo. cum allegat in. c. paruuli de conſecr. diſt. iiij.

Velle Et e iuris ciuil. tradition cognitũ: q ipubes tametſi eius ſcia vel cognitio: ad negociationẽ non ſufficit. ſufficit tñ ad hoc. vt dolum facere poſſe cenſeat. Vt eſt de hoc tex. in. l. iij. §. fi. ff. de tribu. act. q ſi ad dolum. qs ſane mentis homo negauerit. etiã ad bonũ ſufficere: intel lectum voluntatemq; pupilli.

Sexta ratio

Porro: obſiſtere huic impubi voluntati. tum minus debemus. quod noſter ſaluator: precepto cauit ne veniẽtes arceantur. Sinite ad me venire puulos ([c] ait) & nolite eos phibere: ipſorum enim eſt regnum celorum Cur ergo duriores chriſto: inuideamus paruulis ſalutẽ: quam ipſe offert? Vel qd repellimus eos a vita: ad quã auctor vite inuitat? Cur homines nihili: obſtrepimus redemptoris noſtri iuſſibus? Que tandem nos fera Erynnis: agitat. vt cum chriſtus puulos vocet: nos repellamus? Eſt ergo eis volentibus: eis deſiderãtibus: mos gerendus. quos noſter creator: ad ſeſe venire hortatus eſt.

c. ait. Mat. xix.

Vide Amice quiſquis ſis. qui voluntatẽ impubis ſeptennis: a ſalute fontis arces. quantũ erres

Deinde cum clariſſimi iuris ſit.coactam voluntatē:(co-actione certa limitata)ſufficere ad baptiſma.vt character ſuſcipiatꝰ(id qđ ius canonicū [d]teſtatur. & Gerſon [e]adſe-rit.Qui ſatis eſſe teſtatꝰ.aliqͥliter vel actu vel habitu cōſentiri.qđ & in prima rōne p̄ſentis queſtionis:ſuperius attactum eſt.Quanto ergo plus:debet poſſe:opari ve:nō coacta ſed libera.non aliqͥlis:ſed(vt in ipube)tota voluntas vt nō iniuria:dictā ętatē baptiſmo prohiberi nō liceat. Sexta ratio.

d teſtatur in.d.c.maiores.glo.in.d.c.qui ſincera
e adſerit in tract.regular metalliū in ti.de Sacram.Bap.

Addimus deniq: manifeſto liquere.eam qua ad bonū tenditur:voluntatē.a deo eſſe.Dicit em̄ [e]Auguſtinꝰ: nullum ad ſalutē.niſi deo inuocāte puenire.Idemq [f]alibi voluntatē noſtrā:a deo p̄parari adfirmat.Apl'o em̄ teſtante Nō eſt volentis:vel currētis:ſed dei miſerentis:q in nob velle diſponit.& opari.Diuus quoq [g]Thomas:a deo hominū voluntates moueri dicit. Quod & conſiliū Tole-num [h]docet:ppria(ingens)meritis cōuerſione.vocante ſe gratia dei: queq ſaluari. Hec enim eſt.que ad hoſtiū ſtat & pulſat.Non ergo dubitandū eſt: impuberē illum iudei filiū:propter quē preſens labor ſuſceptꝰ eſt. eius in-ſtigatione pmotum fuiſſe: qui ex ore infantiū & lacten-rium:ſtram perfici laudem voluit. Septima rō.

e Auguſtinus in libro de diffinitionibus orthodoxe fidei
f alibi in ſuo Enchyridio.c.xxx.
g Thomas in ſcđa ſcđe q.ciij.art.iiij.
h docet vt habeť in.c.de iudeis.xlv.diſt.

Tandem fateamur.neceſſe eſt.gratiā diuinā:q̄nto citius ad eā adcurrit.tanto adſiſtere petenti fidelius.Id em̄ & [a]Gerſon dicit.& veritas approbat manifeſtaria. Itaq impuberꝝ voluntate(q̄ deum petunt)tum eſt operoſius Octaua rō.

adſentiẽdũm, quod fęlici [b] duplomate vſi. primo iſthoc ſiue ętatis tempore: gratiã diuinã complecti ꝑgunt. Mit to conſuetudinẽ. quę cum in om̃i re pręualet, tum a pue ris adſumpta. fixiſſima eſt. Adeo em̃ a teneris adſueſcere multũ eſt, ait Poeta: vt velle in bonis cõſueuiſſe. cum in omni ętate laudatur. tum in ꝑuulis: res eſt ſupra quã ver bis cõſequi poſſumus. honeſta. Cui volũtati ferre maxi mo contentu: ſuppetias: nedum non obuiare debemus. eo accedente: ꝙ negare nemo decenter poſſit. impuberes illos: ſceleribus extrarijs: nondum obrutos: deo in primis placere: maxime ſi errore: in quo geniti ſunt relicto, viam veritatis ingrediantur.

Appen dix no na rõ.

a Gerſon in tractatu paruulorum in prima conſidera.
b duplomate. Duploma d̃r qd̃ q̃ſi duplo citius fit. Venule[9] i. l. Hi nuus. ff. de ver. ob. d̃r: Ut neq̃ duplomate. i. dieb[9] ⁊ noctib[9] ⁊c. Apud latinos ſcriptores: Cic. Suetoniũ: Corneliũ Taci. ꝑ tabul' regijs: q̃s vulgo bullas vocant. accipit̃: noiat̃ ꝙ ex gręco diploma. Duplon em̃ grece duplum eſt

Et quia nimie eſt curioſitatis (vt cum Quinto Curtio loq̃r) implere velle. qđ iam circũfluit. Ne ergo in re apta: fuſius extendar. finẽ facio. dum addiderĩ. cõmuni docto rum aſſertiõe: recipi & adprobari. ꝑuulos infideliũ (dum vſus habeãt rõnis) volentes. ad baptiſma ꝑduci poſſe. pa trio nexu nõ curato. Id em̃ tenẽt Diuus [c] Thomas [d] Rich ardus [e] Anthoninus & ceteri. Quamq̃ a doctoribus illis ſuꝑ ętate vſuq̃ rõnis: nõ nihil variet̃. q̃buſdã vndecimũ alijs duodecimũ annũ pretendẽtib[9]. Qđ t̃m ſatis: cũ ꝑ ſup̃ dicta: tũ maxie ꝑ [a] verba Auguſtini ad Renatũ: explicatũ eſſe cõtenderĩ. q a ꝑuulo ſeptẽne: m̃ſionem ꝑpriã exigit. Atq̃ ita ſuam ipſius voluntatẽ: ſufficere ſignificat

# Secunda queſtio

Curtius in libro ſeptimo de rebus geſtis alexandri.
Thomas loco ſupra in prima queſt. circa prin. allegato.
Richardus et idem loco ſ̄ allegato: videlicet iiij. ſen. diſt. vi.
e Antho. pariter loco ſupra adducto
a verba que ſup̄ in hac queſt. in q̄rta rōne: adducta ſunt.

Videndum tñ̄ eſt. ne in vſu rationis huiuſmodi perpendendo: Id ſequi cōueniat. quod apparuerit. quodve in paruulis exiſtimari poſſit. Cum certum ſit. quoſdā citius: quoſdam tardius: rationis eminentia [b] illuſtrari. quod & nos recipimus. Noſtramq̄ ſupradictā concluſionem: eo temperamento moderantes. ſeptennem in puero etatem: ad petendum baptiſma: ſufficere affirmamus.

b illuſtrari Jo. fab. inſti. de inutil. ſtip. in v. §. pupillus

Quod autem huiuſmodi infideles impuberes: fontis ſacri ſalutem: inuitis parentibus: & petere pñt & admitti debeāt. Satis conſtat ex rationibus: ſupra in prima queſtione: pro poſteriori opinione allegatis & ex ſolutionibus argumentorum diuerſe opinionis: p̱ diſcurſum. Nam ſi pretentu patrie poteſtatis: ſalus filiorum etiam paruulorum: impediri non poteſt. q̄nto minus: vbi propria voluntas eorum concurrat.

# Tertia queſtio

Tertia queſtio

Egrediamur deo auſpice: tertiam principalē queſtionē. An ſcilicet filius iudei: hoſtibus ob certam pecuniam a patre pignoratus. baptiſari petens propter pactum de ipſo: ſoluta pecunia: reſtituendo factum. a fonte ſalutis baptiſmate: impediri debeat. Mouet queſtionē. ꝙ explorati iuris eſt. huiuſmodi iudeorū filios poſt baptiſma: patribus reſtitui nullo modo debere. Ita enim conciliū Toletanū [a] decreuit. & tenuit Richardus loco ſupra allegato; cōmuniterq; doctores in eo concordant.

Dubi ȝ tādi rō

In. iiij ſen. diſ. vi.

Excepto Calderico in ſupdicto cōſilio.

a decreuit in. c. iudeoꝝ cū glo. ibi poſita. c. ſepe. xxviij. q. i. cum ſi.

Videtur primore fronte: predictū factum noſtrę controuerſię: baptiſmo prorſus obſtare debere. Nihil enim (ꝑ [b] iuris ciuilis teſtificatione) humanę eſt fidei: magis cōſentaneum: quā cuſtodire quē placita ſunt. Conſtat aūt noſtri iſtius (de quo querit) impuberis reſtitutionē: ſi baptiſaretur. pſoluta etiā pecunia: que pacta eſt. fieri nō poſſe: vt ſupra probatū. Eſſet ergo baptiſmus cauſa frāgendę fidei: qđ recipi nō debet. pacta enim ſeruanda [c] ſunt. vt merito a baptiſmo impubes noſter arcendus ſit

b pro iuris l. i. ff. de pac. l. ex empto. ff. de act. emp. l. nō minorē. C. de trāſac. cum ſi.

c ſunt iuribus vulga. l. pacta. C. de pac. c. i. de pac. cum ſi.

Scđa oppō.

Preterea in noſtrę queſtionis caſu: filius iudei obſes ꝑ patre dari potuit. ꝑ ea que ꝑ ſcriptores [d] iuris ciuilis pro cōfeſſo probant: Immo in quocūq; pecuniario debito liberum hominē obſidem dari hodie [a] vſurpatū eſt. Itaq; dictū pactum quando illicitum non fuit: ſeruari debet.

# Tertia queſtio

d ciuilis doct. in. l. ij. C. de pat. pot.

a vſurpatū eſt ar. eo℞ que no. p glo. ⁊ doc. in. c. expoſito de arbi. in. c. ex reſcripto de iur. iur. in. l. ob ęs. C. de act. et obli.

His tamen: alijſq̄ in eam ꝑtem allegandis: non obſtā tibus. contrariū verum eſſe credimus. eoq̄ talem concluſionem ponimus. Q filius iudei. in caſu noſtrę controuerſię: prędicto pacto non obſtante: ſit baptiſandus

Anteqū hanc concluſionē probem. q̄uia conſtat: dicti iudei patrē paciſcentē: fuiſſe hoſtem romani imperij: tē pore pacti. Incidens quęſtiuncula elucidanda venit. An hoſti ſit fides ſeruanda

In quo dubio: primū oīm conſiderabimus: hoſtes (q̄ntum ad propoſitū ſufficit) eſſe in duplici differentia. Quidam ſunt hoſtes iure belli: maxime vbi altera pars: alteri non eſt ſubiecta. vt olim Romano℞ & Chartaginenſiū Et ſi hodie pupilli ſunt: de iure vel facto: nō ſubiecti romano imperio. Alij ſunt qui ſenatus Romani decreto: ex delicto: contumatia: rebellione: vel ceteris ſimilibus facinoribus: hoſtes iudicantur. Vt olim Catilina: Cęſar Iulius: & ſi qui hodie ab imperio exbanniuntur (Lubet hoc loco: barbaro vti vocabulo) Illi enim numero tranſfugarum ſunt. vt late [a] Bartolus determinat. Tranſfugę autē: hoc ſecundo genere hoſtium cenſentur. quod iuriſcōſultus eleganter [b] teſtatur. Priores igitur illos: qui mero iure belli hoſtes ſunt. cōſiderantes arbitramur. fidem eis in conuentionibus priuatis: ſeruari non oportere. Niſi forte eam dux belli pepigerit. argumento nobis eſt ciuilis lex quę (verbis [c] Vlpiani) bonum (inquit) eſſe dolum: & pro ſolertia haberi: cum aduerſus hoſtes machinatur.

An hoſti ſit fides ſeruanda

Hoſtes dupliꝯces

Et dicit Aug. vt recitat xxiij. q. i. c. q̄d culpat post mediū: q̄ belli auctoritas penes ꝑncipes ſit.

Accurſij quoqꝫ [d] gloſſemata: hanc aſſertionē: varijs in locis ſubſequuntur. quod & apertius Florentinus iuriſcōſultus [e] firmat. Nihil (dicens) intereſſe: quomodo captiuus reuerſus ſit. vtrum dimiſſus. an vi fallaciave: poteſtatē hoſtium euaſerit. A quibus non aliena videt̄ ſententia Auguſtini [f] volētis: bello iuſto nihil intereſſe: apte an ex inſidijs pugnetur. Nam & Maro [g] cecinit: Dolus an virtus quis in hoſte requirat.

a Bartolus in queſt. ſua incipien. Lucane ciuitatis ꝟ. Quid ergo dicendum.
b teſtatur ar. l. āmiſſione. §. q̇ deficiūt cum. §. ſe. ff. de capi. di. no. in. l. poſtliminij. §. tranſfuge. ff. de cap. ꝛ poſtli. re. in. l. deſertorem. §. is qui. ff. de re mil. Tex. eſt in. l. iij. §. ſi. ff. ad. l. cor. de fal.
c Vlpiani tex. eſt in. l. i. §. non fuit. ff. de dol.
d gloſſemata glo. in. l. conuentionū. ff. de pac. in d. l. i. §. nō fuit de dol. i. l. poſtliminij. §. ſi. i. ꝟ. habuerit. ff. de cap. ꝛ poſtli. ꝑ q̄ꝫ vlt. glo. que parua eſt innuit captiuū: q̇ reuerſus ab hoſtibꝰ animū remanendi habeat. ius poſtliminij conſequi poſſe: ſi de reditus non obſtante
e firmat in. l. nihil. ff. eo. tit.
f volentis in c. Dn̄s xxiij. q. ij.  g cecinit in ij. en.

Preterea priuatas huiuſmodi cōuentiones: nō eē ſeruandas hoſti. Impator Gratianus ad Tacianū ſcribens. aptiſſime [b] teſtatur: cum pręcipit aurum Barbaris non ſolum nō preberi. ſed etiā quod apud eos inuentum fuerit, ſubtili ingenio: auferri debere. Q, ſi illęc doloſa ſubtilitas: aduerſus barbaros: diui Imperatoris decreto pręcipit̄. quis hęc auſit dicere illicita? Ad hęc: & ex vetuſtis illis Romanis inſtitutis: prędictarū conuentionū infirmitatem cōperimus. Camillus em̄ apud Titum Liuium: aduerſus Gallos loquens. Negat eam pactionem ratam eſſe. quę poſteaqꝫ ipe dictator creatus eſſet. iniuſſu ſuo ab inferioris iuris magiſtratu facta eſſet. Supradictis etiam [k] gloſſę: quę in decretis ſanctorū patrum habentur. manifeſte aſſentiuntur.

h teſtatur no. in. l. ij. C. de comer. ꝛ mer.
i Titum liuiũ in libro quinto prime decadis
k gloſſe Vide ſup hoc glo. in. c. dixi. .xxiij. q. v. et in. c. vtilem. xxij. queſt. ij.

Ed obijcitur nobis: oppoſita fronte. Magnus ille [k] Augustinus: qui ad Bonifacium [l] ſcribens: fidẽ que promittitur etiam hoſti: ſeruandam eſſe: expreſſe teſtatur. Quod & [m] Cicero ſentit. tenent vtriuſq; iuris ſcriptores [n] luculẽtiſſimi. Cum ergo tot doctiſſimorum virorum: concors & vna in diuerſum ſit opinio. paradoxa ſentire videbor. qui obſtrepo. Sed tamen rem ipſam: iuraq; in contrariũ ducta: ſubtilius forte: q̃am ſoleant clamoſi rabule (quib⁹ preter latratum: nec eruditio eſt nec doctrina) penſitando. hec iacula facile deprecabimur. Dicimus eñ pacta hoſtilia: eẽ duplicia. Quedã que ſup inducijs & pace feriunt. vel ceteris ſimilibus: quietem & ſubiectionem inducentibus. Alia ſunt: que nihil publicum. ſed priuata tantũ compendia: cõmoda & lucra reſpiciunt. a priuatis pſonis inita. ſicuti ſi captus fidem det ſe non diſceſſurũ: niſi pecunia pacta exoluta: aliaq; id genus. Si ergo prius illud pactorũ genus acceperimus. q̃n talia pacta ſine ducibus: ici non ſolent. fateor ea prorſus eſſe ſeruanda. Sicq; oĩa in contrariũ allegata. & eã ipſam Auguſtini auctoritatẽ: intelligendã arbitror. Id q̄d curiq; contextum verborũ ſuorum: profundius expendenti. pſpectum fiet. Quippe cum paulo poſt: ſubnectat. pacem non queri: vt bellum exerceatur. ſed bellũ geri. vt pax adquiratur. & vno me verbo abſoluã. quecunq; de federibus hoſti ſeruandis: apud ſcriptores inuenias. ea om̃ia pacis: quietis: ſubiectioniſve fuiſſe: liquido conſtabit.

Replica fortis.

l ſcribens Recitatur in. c. noli. xxiij. q. i.
m Cicero in. i. lib. offi.

u luculentiſſ. Alex. de imol. allegat. doct. in. d. §. non fuit. Bal. tñ quẽ allegat. in. l. accuſatõis. C. q d mer caſ. in. l. i. C. ſi a nõ ↄpe. iud. in vſi. ſeu. in tit. de pac. iur ſir. non video ꝙ quicꝙ̃ ↄtra nos dicat.

Sic Ioſue Gabaonitis: quãuis ab eis circũſcriptus. fidẽ tamen ſeruauit. quia ſuper pace data fuerat. de qua ſancti patres in [a] decretis multa loquũtur. Sic Romani fedus cũ Porſena ictum. quia ſup inducijs fuerat. ſeruauerũt Cloeliam obſidem: que ab obſidatu: clam fugerat. [b] reſtituentes. Hac cauſa Romani (ne violatores fidei dicerent) plus ſemel hoſtibus dediderunt: auctores federum turpiũ: duces belli. Exemplo ſunt nobis [c] Caudine furce. [d] Maucin⁹ & ceteri: hoc vſqꝫ eo ab omnibus viris primarijs: pro confeſſo habetur. Vt cum pro ſententia Iſidori canon [e] dicat Ius militare federis eſſe faciẽdi nexum: gloſſa ibidem: pro federe pacem interpretetur. dicens federis id eſt pacis cõponẽde: fuiſſe etiã pacta militaria: ſup nulla alia re frequẽtius: quã ſup pace: argumento nobis eſt. ꝙ a pacto: pacis vocabulum (vt iuris conſultus [f] ait) deducitur. In illo ergo pactorũ genere: nos quoqꝫ (vt ſupra diximus) fidem hoſti ſeruãdam aſſerimus. At vero: cũ poſterius hoc pactorum genus incidat. vtpote ſi hoſtis cum hoſte: priuatus priuato: ſup pecunia exouenda: vel alijs ſimilibus compendijs: paciſcatur: iniuſſu ducum. Hic audens dico. pactũ fidemve pacti (ſi modo fides ſit) violari: hoſtemqꝫ decipi poſſe. cum ꝑ multa ſupra adducta. tum maxime ꝑ imperatoris Gratiani reſcripta: que rabioſuli iſti iactatores: legalis ſapientie imperiti. nõ ꝑuiderunt. quã aſſertionem Camillus ille Liuianus (cuius ſupra memini) manifeſte adprobat. iuraqꝫ ſupra principio allegata: ſolide ſuffulciunt.

in d. l. ij. C. d cõmer. et mer.

a in decretis c. innocens: c. inter cetera. §. ſed cũ his. xxij. q. iiij.
b reſtituentes. Tit. Liuius li. i.

c Candire de q̄bus ap̄. Tit. Liuiū. li. (credo) vij. i. decadis.
d Mancinus de quo aput pli. li. de viris illuſtrib⁹ ꝛ apud liuiū.
e dicat in c. uis militare diſt. i. f ait in. l. i. ff. de pac.

S Ed obſtabit ad hūc nobis Cicero in officijs: qui aperte voluit: fidem quā ſinguli: temporibus adducti. hoſti ꝓmiſerint. eſſe omino conſeruādam. Exemplo. M. Reguli: a Penis capti. Romanicꝫ ſub fide reditus: pro redimendis captiuis remiſſi. Hic enim fidem fallere non voluit. ſed ad infeſtiſſimos hoſtes redijt. negocio nō obtento. Rn̄deo eam Ciceronis ſententiam: intelligi oportere. de illis: qui ducis iuſſu pepigerunt. id quod propter Reguli exemplum ſatis colligimus. quippe q̄ is ipſe: eius belli dux fuerat. Vl' certe: vrbanitatis id eſſe. q̄d aſſerit: non neceſſitatis. vt fidem hoſti ſeruare: ſit vrbanum. & velut ciuile: non autē neceſſarium. quod ipſum illo eodem Reguli exemplo probauerimus. Hic enim ſi animū remanendi habuiſſet. iure poſtliminij (fide data nō obſtante) gaudere potuit. quod aperte colligas: ex Papiniani traditione. que in iure ciuili tit. de[a] captiuis habetur. vbi idipſum Reguli factū allegatur. iuncta [b] gloſſa illic ſubnexa: cū ſententia Florentini: in eodem titulo deſcripta.

Replica ex Cice. lib. i.

Alia miſſio.

a de capt. in. l. poſtliminij circa fi. vbi hec verba inuenias. Et ideo Marco Atilio Regulo: quem Carthagineñ. romam miſere: reſponſum eſt. non eſſe eum poſtliminio reuerſum: quia iurauerat Carthaginem ſe reuerſurū. ꝛ non habuit animū remanendi: que vltima verba notanda ſunt: pro vt glo. ea notat.

b gloſſa Sup v̄ba habuit. ar. l. nihil. ff. e. ti.

Q3 ſi cui predicte reſpōſiones nō ſatis faciant. a Cicerone hoc loco: plane deſicio, vt cui⁹ auctoritas, nihil neceſſa

rio ſtrigat. Iura ſecutus ciuilia, quorũ eſt Auguſta aucto-ritas, roburq;: imperiali aſſenſu comprobatũ. Credideri quoq; Ciceronẽ (qui nonnihil attenuaſſe viſus eſt; iuris ciuilis gloriã, id quod in ſua oratione; pro L. Murena: in epiſtolis ſuis ad Trebatiũ: in libris de legibus: & alijs pleriſq; locis: apte conſtat) traditiones iuriſconſultorũ: prędi-cta ſua aſſertione: vel nõ curaſſe. vel improbare voluiſſe & mirũ nemo faciat, ſi nos maiorũ noſtrorum ſcita: plu-ris facientes: quã Arpinatis iſtius Tullij: hoc loco, ab eo re-cedamus. Aſſero itaq; vel contra eius ſententiã (ſi ita ne-ceſſe ſit) in priuatis iſtis lucroſis pactis: fidẽ hoſti non ali-ter: quã ſupra deduximus, ſeruãdam eſſe. Pecuniã eñ ex bello querere (vt caupones faciũt) turpe eſſe [a] cõmentator eiuſdem Ciceronis: & vere & eleganter teſtat̃. Hinc p̃cla-ra illa Pyrrhi [b] ſentẽtia. Nec cauponantes bellum, ſed bel-ligerantes ferro non auro: vitam cernamus.

Cicero legũ ſcita cõtẽpſit.

Titius peratio tgalis.

Pro vita dimicemus hinc eſt illõ verg. Et cernere ferro.
a Commentator in d.l.i offi.
b ſententia Pyrrhus rex epirotarũ: cum ad eũ legati Romanorũ: pro captiuis redimendis mitterent̃: rñdit ſe nõ auro: vt caupones: ſed fer-ro belligeraturũ: Verſus qui hic ponunt̃. ab Ennio facti: per Cice. d. lib. i. recitantur.

a Liud vero hoſtiũ genus cõſiderantes, qui vel ho-ſtes ex delicto iudicati, tranſfugę ſunt, vel (vt cum vulgo barbaro loquar) exbanniti. Dicimus eiſdẽ hoſtibus: ſi ab imperio Romano: eadem banna proceſſe-rint, ne pacis quidem pacta ſeruanda eſſe, nedum nõ illa priuata, quę ex iure cõmuni robur ſumunt. Talibus eñ iura ciuilia nõ ſuffragant̃, vtpote hoſtibus Romani Im-perij iudicatis: a quo iura eadẽ p̃ceſſerunt. ſicuti eſt peri-tiſſimorũ [c] virorum iura ciuilia tractantiũ: In ea re cõfor-mis affirmatio Scripſimus de hac re: aliquanto latius, vt

q̄ñ audaculi nōnulli: legal' maieſtatis tā imperiti. q̄tiam protritę verſificationis aſueti: temerius fortę quā peritius. In negotio pręfato) neſcio quid nugarū: in pulpitis vociferarūt, diſcerent. nihil in quaq; ſciā( ea maxie: q̄ alterius ſit profeſſionis) temere eſſe diffiniendum.

c virorꝫ ar. in. d. l. ammiſſione. ff. de capi. dimi. ſa. l. ſed ⁊ reprobari ff. de excu. tut. l. generał'r. C. de epi. ⁊ cle. l. milites. ff. de queſt. l. ij. C. de tabell. li. x. l. i. C. ſi curia. relic. e. li. Jac. de Are. allegat ꝑ hoc. l. i. C. de here. inſti. l. ſed ſi hac lege. §. ſi ꝑpetuū. ff. de poſtu. probant̄ p̄dicta latius ꝑ Bar. in. d. diſputatione: vel. q. Lucana: a cuius etiā dictis iam allegata iura ſumpſimus.

h Ac ergo dubitaciuncłā pręluſa. ad deciſionē pręd ictę tertię queſtionis aggreſſus. concluſionē ſup̄ principio poſitā: breuib⁹ probabo. operepretium em̄ eſt. vt q in ſuꝑioribus quęſtionib⁹: explicatius me extendi. vel nunc: breuitate. faſtidia cępta reponam

Primo ergo probat̄. pactū pręſentis cōtrouerſię: ſeruari nō oportere. Nam de hoſtibus primi generis loquētes Prima rō ꝓ tertia q.
cōſtat: in priuatis & pecunioſis pactis: iniuſſu ducis belli initis: fidem eis nō eſſe ſeruandā: id qđ ſuꝑius latiſſime probaui. Pręterea ꝑ ſuꝑiora patuit. hoſtib⁹ Romani imperij: ex delicto iudicatis: bannitiſq;. nullā prorſus fidem ne pacis q̄dem ſeruari. Cum aūt iudeus noſtrę cōtrouerſię: non tā publico indicto bello: quā iure exbannitionis contra Palatinū Rheni: fulminatę( In cuius ditione: Idē iudeus extitit) hoſtis fuerit Romani imperij: vtroq; genere hoſtium. Id em̄ conſtat aꝑte. Itaq; ei fides nō eſt ſeruanda, partim quod hoc pactū priuati compendij: iniuſſu ducis, partim ꝙ cum exbannito: cōuentum fuit. Cui iura ciuilia: nullo modo ſuffragantur.

Pręterea ſi pręter verū dederimus. fidem iudeo iſti datam: tenuiſſe. Nihilominus tñ Friburgenſes: ꝓmiſſores Scḋa rō Tertie q̄ſt.

reſtitutionis. ab huiuſmodi ꝓmiſſione ſimul atq; dictus impubes obſes: baptiſma accepit) liberati fuerũt. Iuris enĩ eſt [a] manifeſti: debitorẽ vl' rei prophanę vel ſerui: a pacto reſtitutionis liberari: ſi ſine facto ſuo: vel res prophana ſacra fiat: vel ſeruus liber. Cum ergo prędictus impubes: ꝑ huiuſmõi baptiſma: ſine paciſcentiũ facto: ex ſeruo liber Immo & nouus homo factus ſit. ꝑ ea quę concilij Tolẽtani [b] decretis ſancita ſunt. Fatebimur debitores dicti pignoris: a reſtitutionis pacto eſſe liberatos. Quod & verũ eſſe putamus. baptiſmate etiã nõ dum accepto. Manifeſtum enĩ eſt. predictũ iudei filium: quo primũ tempore Friburgũ. ꝑductus eſt. baptiſma cõfeſtim petijſſe. Ipm ergo tam bona: tamq; feruenti ſua voluntate: ſeruitutem olentiſſimã mox expuiſſe. liberũq; factum: atq; ita debitores ſola hac voluntate: & ad baptiſmũ deſiderio: a reſtitutione liberatos eſſe; ꝓbabiliter aſſerimus. Nam ſi is ipſe impubes: in ea voluntate (quando ꝑ ipſum ſuſceptio ſalutaris fontis nõ ſtetit) obijſſet: vitę eterne premia cõſecutus pie crederet. Vnde Bernardus: in ſimili caſu loquens ait. Sit mihi deus propitius: quia homini in tali volũtate decedenti: ad ſolum aquę defectũ: vitam ęternã non denegarem. Diuus enĩ Ambroſius: de morte Valentiniani: homini nõ baptiſato & mortuo: de ſola fide: salutẽ pręſumi teſtatur. tribuitq; indubitanter bonę volũtati. quod defuit facultati. quod & Ciprianus firmat. q fidem conuerſionemq; cordis: ſufficere ait. ſi forte ad celebrandum miſterium baptiſmi: in anguſtijs tempoꝝ: ſuccurri non poſſit: impleri enĩ inuiſibiliter hoc ſacramentũ. ſi id non contemptus religionis: ſed articulus neceſſitatis excludat.

a manifeſti in. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. ff. de ver. ob. l. ſi ſeruũ. §. ij. ff. e. ti. tex. op. inſti. de man. §. ⁊ huic in fi. ar. in. l. aurelius. §. ſtichoꝰ. ff. de lib. le. cum ſi.

b decretis in.d.c.iudeoꝝ.c.ſepe.xxviij.q.i.ꝛ vtrobiqꝫ glo.iunc.tex. in d.c.etſi.c.iudei.de iude.ſa.op.d.§.ꝛ huic inſti.man.

c Bernardo. Bernardus in.lib.epiſt.in epi.quadam ad diuū Hugonem de ſancto victore.

Ad hoc:pactum prefatum:in caſu noſtro:nihil proficit. Iuris enim [a] traditione conſtat. ea que publicam habent cauſam:pacto priuatorum nō ligari. Baptiſmus autem: plus ꝙ̄ publicam cauſam habet. vt ſupra in prima queſtione:in vltima ratione poſterioris opinionis: probauimus. Accedat ꝙ alteri per alterū: deterior conditio:adferri non [b] debet. [c] Et ſine culpa nemo eſt puniendus. Negari autem non poteſt. quin filio preſentis queſtionis: ſi dictum pactum operaretur. tum iniquiſſima conditio: tum etiam punitio:preter noxam acerrima. per paciſcētes infligeretur. Prodire ergo in forum huiuſmodi pactum non debet. Tertia ratio.

a traditione in.l.li vnus.§.pacta.ff.de pac.

b non debet per regulam nō debet.ff.de reg.iur.l.fi.C.de adquir.poſ.

c et ſine c.ſine culpa de reg.iur.in vi.

Iam vero:idipſum pactum: in propoſito caſu: nullius eſſe momenti: [a] dilemmate id eſt argumēto complexiuo: apertiſſime conuincemus. alterum enim ex duobus: admitti neceſſe eſt. Aut fuiſſe euentum baptiſmatis:in pacto huiuſmodi expreſſe preuiſum. Aut non. Si prius illud dixerimus. vtpote preuiſum:vt filius predictus:vel nō deberet baptiſari. vel ſi baptiſaretur. nihilominus patri iudeo reſtitui: profecto iſthec pactio (vel verius dixerim) [b] depactio. fuit eſtqꝫ manifeſte illicita. vt que euentum abhominabilem: deteſtabilem que: nedum illicitum Quarta rō.

producat. per hanc enim animarum promouetur inte-
ritus: fidei noſtrę illuditur. cōtaminatur baptiſmi puritas
magnūq; illud paſſionis dominicę meritū polluitur.

a Dilemma legulei nomin it ſyllogiſmū cornutum.
b depactio ſignificat turpiter paciſci. l. iij. ff. de calum.

Illicita āt pacta: nullius eſſe momēti: p̱ ſcriptę legis
traditionē: vtroq; iure[a] fuſiſſime extentā: manifeſto patet
Conſequens ergo eſt. vt prędicto caſu: preſens pactū ve-
lu t illicitū: non ſit ſeruandum. Si vero poſteriorē caſum
probauerimus. videlicet euentū baptiſmi: non eſſe prę̄ui
ſum: res eſt expedita. cōſtat eñ pacta: in caſu nō cogita-
to: non op̱ari. Nam (vt[b] Sceuola teſtis eſt) ſi paciſcant̃. nul
lam futurā ex contractu controuerſiā: repetitionē ex alijs
non cogitatis: nihilominus cōpetere. & apud imp̱atores
[c] Dioclicianū Maximinianūq; tradit̃. Si pepegiſſent. ni-
hil plus peti: tñ in cęteris emergeñ: nō cogitat̃. peti poſſe
cui percq; apposite: Labeo [d] ſubſcribit: q dicit: neminē nec
vēdere nec excip̱e poſſe: qđ neſciat. Intermittim⁹ hic le
gum ſcita cōplurima: quę tñ aliqua ex parte: in ſpacijs p̄-
ſentium [e] inueniās. In propoſito itaq;: ſi aduentus baptiſ-
matis: in ſupra memorata conūentioñ: non fuit vel prę-
uiſus vel cogitatus. Non poteſt vi eiuſdem cōuentionis
impediri. Vnde relictus eſt: ſub diſpoſitione iuris cōmu
nis: qđ diſponit. baptiſari volentē [f] admitti. Baptiſatūq;
retinendum eſſe: nec debere parentibus infidelibus [g] reſti
tui. Contra quā iuris doctrinā: creditores vi pacti cōuen-
ti (qđ hunc caſum nō cogitauit) vrgeri ad reſtitutionē pi-
gnoris: nō debent. Itaq; vtra ex prędicto argumento cō-
plexiuo: pars admittatur. ſemper euincitur. pactionē prę-
ſentem nihil operari: vt quę vel licita: vl' a noſtro caſu alię-
na exiſtat.

ff. l. fi. §. pe. ꝺ condi'. iud. l. q cū. §. fi de trāſ. act.

a iuſiſſime c. pactiones ⁊ ibi glo. cum mul. ꝯcor. de pac. l. iuriſgen tium. §. pretor ait. l. ſi vnus. §. pacta: ibi pulcher tex. ff. de pac. l. gene raliter. l. ſi plagij. ff. de ver. ob. Et illicita eſſe pacta. que euentū ꝓdu cunt illicitū. Bar. docet in. l. ſtip. hoc modo. ff. de ver. ob. Idem in. l. ſi quis ꝓ eo in ꝟſ. venio ad tertiū. ff. de fide: fa. que no. Bal. in. l. pactū C. de colla. in. l. fi. C. de pac. cū plurimis ſi: fa. q̄ no. ꝑ bal. ꝯſil. xxix. ij. col in. iij. parte.

b Sceuola in. l. fi. §. pe. ff. de condi. inde.

c Diocli. in. l. ſi de certa C. de tranſact.

d ſubſcribit l. in lege. ff. de coñ. emp.

e inuenias no. in. l. tres fratres. l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. l. cū in aqliana. ff. de tranſact. fa. l. fideiuſſor. §. lucius. ff. de pig. no. in. c. an teceſſor. xi. q. iij. in. c. quēadmodum de iur. iur. c. ad nrām. ij. c. ti. ar. i c. de teſtibus de teſt. glo. in. c. ne quis. xxij. q. ij. cum ſi.

f admitti d. c. qui ſincera: cum ſi.

g reſtitui d. c. iudeorum. d. c. ſepe

In ſumma: negari non poteſt. cōuentionis: que in eū caſum veniunt. vt obſeruate plus noceant. quā ſi violenť non eſſe ſeruandas. qđ ipſum plurimo [b] iure teſtatum li quet. quod etiā Cicero noſter ſubſequiť: q tam vere quā eloquenter (in ſuis officijs) dicit: incidere ſolere tēpora: cū ea que maxime videnť: digna eſſe iuſto homine. cōmu tentur. & fiant cōtraria. fieriq;: vt que ad veritatē fidemq; pertinēt. negare interdum: & nō ſeruare: ſit iuſtum Om nia enim illa. de qbus fides ſeruanda queritur. referri de bere ad fundamenta iuſticie. Primū vt ne cui noceať. De inde vt cōmuni vtilitati ſeruiať: Ea ſi tpe mutanť. officiū quoq; ideſt fidei debitum cōmutari. Nec promiſſa igiť ſeruanda eſſe. ſi plus noceāt. quā illi proſint. cui promiſe ris: eſſe enim contra offitiū: maius damnū anteponi mi nori. Fabius preterea aſſerit: principia agendi & circum ſtantias: conſiderari debere. vt ſic non ab officio diſcedať.

Tullia rō. ve lut ꝯſo na cū ſuꝑiori

Lib. i.

b plurimo iure. No. in. c. beatus Paulus. xxij. q. ij. in ꝟſ. Non quia beatus Petrus: opt. in d. c. ne quis c. t. et. q. vbi gladiū furenti redde re non debeo. licet fidem dederī: fa. que poſtea circa fi. notabo.

hh contraria Ex his Ciceronis verbis: credit imꝑator in autentica hec ꝯſtitutio innouat coll. viij. elegantē ſententiā ſumpſiſſe: cum dicit quod credebat coniectura obeſſe: experimento inuenitur inutile: Ubi vult etiam imperator tollenda eſſe: que in caſum inutilitatis veniant Et beneficia quoqꝫ principis reuocant. ſi incipiunt eſſe iniqua: vt eſt tex. in. l. ex facto. ff. de vulg. ⁊ pup. ſa. ad predicta: que no. in. c. non debet de conſang. ⁊ affi. ⁊. c. ſtatutum de reſcrip. li. vi. autē. vt fratrū filij in prin. coll. ix. cum ſi.

i Fabius vt eum allegat cōmentator Cice. loco ꝑdicto

Multa eñ (vt inquit cōmentator Ciceronis) ratione tēporis: loci: perſone: modi: rei: cauſe: & materie: ſunt cōtra officium ſi fiant. que prius officia erant. Itaqꝫ (pro ſententia Senece ad fidem promittentis ſeruādam. neceſſe eſt: omnia in eo eſſe ſtatu quo fuerunt: cum promittebatur. Nam ꝓmiſſa deſerentem (vt idem ait) vis maior excuſat. Hinc eſt ꝙ Affricanus iuriſconſultus [k] inquit: tacite hanc conuentionē: ſtipulationi ineſſe videri: ſi in eadem cauſa res maneat. Bene itaqꝫ Hieronimus: non omnis ([l] ait) qui aliter facturus eſt. quā promittit. in dolo iurat. Et [m] Ambroſius: Non ſemꝑ omnia promiſſa ſoluenda eſſe teſtatur. Accedat elegans in decretis [n] gloſſa: que dicit: in caſibꝰ nouis: nouo remedio auxilio vel agendum eſſe.

k inquit. in. l. cum quis. ff. de ſolu.

l ait vt habetur in. c. animaduertendum. xx. q. ij.

m Ambroſius in. c. vnuſquiſqꝫ. xx. q. iiij.

n gloſſa in d. c. ne quis ſa. que no. in. l. plane. ff. vt in poſſ. leg. ſeru. cau. eſſe li. text. opt. in. l. de ſtate. §. ex cauſa. ff. de interro. act. cum ſi.

C Onfirmari hec deciſio poteſt: notabili doctrina Alexandri de Hales [o] qui dicit: iuramentum etiam ſi ſit licitum, non tamen expediat. quia pro-

motionem (vt verbis ſuis loquar) in melius impediat. nõ eſſe obligatorium: iuxta doctrinam Bede [p] volentis. Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit. quod obſeruatum: in peiorem vergat exitum: ſalubriori conſilio mutari poſſe. [q] Impia enim eſt promiſſio: quę ſcelere adimpletur. Addimus non eſſe nouum: quod pacta etiam licita: quorum tamen obſeruatio: vel inofficioſa vel inconueniens ſit. ſeruanda non ſint. Vt in varijs locis iuriſconſulti [r] tradunt. Quę cum ita ſint. nemo erit ita a ſole alienus. qui diffiteatur. in caſu noſtro: pactum huiuſmodi: non ſolum non eſſe ſeruandū. ſed ne allegandum qdem cuiꝰ obſeruatione: votū ſanctiſſimū prędicti impubis: ad fontē ſalutis anhelātis. vľ īpediret vľ annihilaret: vel certe fides eluderet chriſtiana. Eant nūc: & in ſubſellijs ferocculi iſti verſificatores (qbus nulla ne modica quidem eſt iuris cognitio) clament: prefata pacta eſſe ſeruanda. quę tantum abſunt a firmitate & valore. qͣtū vociferatores iſti: a ſolida doctrina.

o qui dicit in. iij. ſent. in. ij. parte in materia preceptorum decalogi in. ij. pręcepto q. viij. in verſ. deinde quęritur de comite iuramenti: qđ eſt iudicium.

p volentis hęc doctrina recitať in. c. ſi aliquid. xxij. q. iiij.

q impia verba ſunt Iſidori: quę recitantur in. c. in malis. e. c. z. q.

r tradunt fa. l. de dic. l. conuenire. ff. de pac. dot. et optime in. l. alia §. fi. ff. ſo. ma. in quibus iuribus habetur: ꝙ pacta: quę vel ad peccandum inuitent. vel contra maritalem ſint reuerentiam: nõ teneant. fa. l. pactum pręalle. C. de colla.

Reſpõſio ad argumẽta

Ad argumẽta in oppoſitũ: facilis eſt reſponſio. Nam quod primo loco pretenditur. humane ſidei cõuenire. vt pacta ſeruentur. Reſpondeo: verum eſſe de licitis. At vero de illicitis (In quo genere: noſtrũ pactum fuerit) tantũ abeſt: vt obſeruari ea debeant. vt etiã paciſcentes: cõtra factum propriũ: in his venire: & poſſunt & teneantur. p ea que vulgata [a] iuris traditione: paſſim edocentur.

a iuris traditione quia in iure vulgatũ eſt: vt in illicitis quis: cõtra ppriũ factum venire poſſit. vt no. in. c. noſti. de elect. c. ſi quis preſbiteroꝝ de reb. eccl. nõ alie. c. q ͦ quis: ⁊ ibi elegãs tex. xxxv. q. ix. ſa. l. ſi tibi liberã. C. de euict. cum ſi.

Ad ſecũdum argumentũ

In ſecundo argumento: nihil legittimi obijcitur. Tota eñi argumenti ſerie conceſſa (quã tñ ſi in eo quicq̃ eſſz negocij: cõfutare facilime poſſemus) Nihilominus ſtat ſupra fati pacti infirmitas: quod ex mltis alijs cauſis: ſupra deductis probauimus. vtpote ꝙ tale pactũ: vel ſit illicitũ: vel in euentu noſtri caſus nihil operetur. vel certe mutata perſonarum conditione euanuerit. Obſidatus ergo liberi hoĩs, eſto teneat in licitis, in caſu tñ illicito: totꝰ procidit

Peroratio.

Hec fuere: que in predictis tribus queſtionibus: mihi dicenda videbant. Que o lector (qſquis in noſtra hec incidas) equi boniq; facias. quamq̃ enim nõ ſim ignarus. tãtorum patrũ (contra quos ſentio) dictis refragari. vix eſſe ſine [a] periculo. Iubet enim [b] papa: tenẽdam dictoꝝ patrũ ſententiã: queſtionibus vel omiſſis: neq; innitendum [c] eſſe proprio ſenſui: vtpote pro [d] ſententia Cardinalis: non ſit p̃ſumendum: ſine ratione procedere. qđ a mltis peritis aſſeritur. immo etiam vice legis: recipiendũ cõmuniorẽ doctorum opinionẽ. ſi forte lex deficiat. [e] gloſſa & doctores canonici iuris predicant.

a periculo ar.eoꝝ que no. in.c.ſunt tñ.xvi.q.i.
b papa in.c.ij.in fi.de preſp.non bap.
c eſſe c.ne innitaris de conſti.c.i.e.ti.cum ſi.ꝯcor.in glo.
d ſententia Car.in prohe.Cle.
e gloſſa Vide glo.ꝛ precipue Car.in.c.i.de deci.ſa.c.cũ beatiſſimus.xxiij.q.i.ꝑ hoc in.l.ſi ꝯdib⁹ in fi.in ꝟ.ꝛ plane.ff.de dam.infec.et que no.ang.in.l.ſi idez in fi.ff.de iur.om.iud.cum ſi.ſa.q̄ tradunt ꝑ Inno.in.c.quid ꝑ nouale de ꝟ.ſig.

Via tamē negari nō poteſt.ſi opinionibus vltro
q & citro contrarijs) veritas fluctuat.eam aſſertionē
ſequendam:cui rationū pondus [f] aſſiſtit.vt ex canonici iuris determinatione colligit̄. Verum quoqꝫ ſit in diſſenſu eam [g] preferri opinionē:que libertati:que anime que fidei noſtre faueat. In propoſito aūt negocio: ſint diuerſe opiniones(in prima preſertim queſtionis materia) vtriqꝫ maximi nominis:alteri ab alteris diſſētiant. nemo ergo in me acerbe feratur:ſi eam ſim opinionē ſecutus.q̄ fidei:libertati: animeqꝫ magis ferueat. & quā robora rationum ſuffulciant: non enim ſem ꝑ auctoritatibus aliorum: ꝑfunctorie fidem eſſe arbitror. quinimmo pulchrū iudico:ſi veritatem(ꝑ ſe quiſqꝫ)a tenebris eruere cōtendat.

Et opinio que eccl'ie fauet preponderat c.ſciant glo.pe.de elec.li.vi.

Pro qb⁹ pulchre faciunt q̄ tractant ſſ Qui.li.xi.in.c.de Imitatione.
f aſſiſtit ar.c.licet.§.ex premiſſis de prob.ſa.l.ſi.C.de edi.di.adtoll.ꝛ dicit canon in c.nouit.diſt.xij.non obſtañ Romane eccl'ie ꝯſuetudine:in quacūqꝫ eccl'ia inuenias que recta ſint.elige: Non ergo eſt ſe ad doct.nimis aſtringendū: quoꝝ dicta nō ſunt neceſſarioꝝ vrgētia c.noli.cum.c.ſe.diſt.viiij.
g preferri no.in cle.exiui.§.item qꝛ ibi Car.de Ver.ſig.l.benignius de le.c.ſciant de elec.in vi.l.quotiens dubia.ff.de reg.iur.l.libertas.ij.ff.e.ti.cum in fi.ſimi.ſa.c.preſbiteri.lxviij.diſt.in fi.ibi ad cautionem ſalutis ar.in.c.ij.de peni.diſt.vij.

Tacqꝫ ſiquando a cōmuni opinione receſſerim.
i nulla id tumoris inflatura: nullo ſupercilij faſtu: admiſſum credito:In eas enim aſſertiones:me rationum vehementia(quas ex auctoritatibus vel doctiſſi

mis deſumpſerim. vel mea ingenij paruitate pepercerim) deduxit: vulgo enim in ſcolis iactitatur. Plato mihi amicus: amicior veritas. Q, ſi ex litteratorũ cetu: quiſpiã ſit. qui mea huiuſmodi cõuellere: probabilioraqꝫ afferre cõtenderit. ei (ſi modo quod tentat: preſtiterit) aſſentiri. & qui meus in veritatẽ amor eſt. a noſtris huiuſmodi: diſcedere paratus ſum. Dum tñ ſciat. eam rem: nõ verbis ventoſis: ſed vrgentibus rationibus eſſe pagendam. Inuidorum vero turbam (ſi qui ſint. qui in meos illos labores: canino rictu latrare pgunt) tanti facio: quanti Therſiten Achilles. Tuo enim Henrice preſtantiſſime: Tuiqꝫ ſimilium (id eſt optimorũ virorum) tutamine defenſus. bilioſas iſtas: oſorum aſpergines: tum facilius deprecabor. qđ video. nihil vel maxime integrũ relinqui: quin inuidorũ fediſſimo latratu violetur. Siquidem vt interim alios ſileam. Thomas Vuolphius iunior: vir ingenio & litteris preſtantiſſimus: cꝫuis nup in pſalmos Dauiticos nõnullos: egregie ſcripſerit. ſingulariſqꝫ eruditionis monimẽta ediderit. Inuẽtus tñ eſt: rabioſulus quiſpiam: qui elegantiſſime huius lucubrationis candorem & integritatem luridiſſimo ſuo felle: cõmaculare prexerit. Vt nihil mirꝫ mihi homullo eueniat. ſi paria ſuſtinuero. At minimi faciendi ſunt vaniſſimoꝝ hoĩm morſus. Inuidus eñ cũ bonos tentat violare viros. ſe ipſum pprio dẽte dilacerat.

Et ſi vi-
tas opi-
niõi p-
ferẽ c.
nup de
biga. ñ
credi.

Finis.

# Teſtimonia Subſcriptoria addi.

## D, Georgij Northofer.

Eruidit hunc tractatũ. Clariſſimus ille: &(vt ſi
p ne inuidia verũ loquar)cõſummatiſſimus vir: Ge
orgius Northofer: Artium & ſacrę Theologie
doctor(cuius ſupra memini)qui tota re diligentius expẽ
ſa, hanc quę ſequitur additionem adiecit.

Exhibitꝰ eſt mihi Georgio Northofer: ſacrę Theo lo
gię doctori: ordinario inclytę vniueſitatis Fryburgenſis:
ab Egregio & ſpectatiſſimo viro: Vdalrico zaſio legum
doctore: tractatus pręſens: de baptiſandis iudeorum filijs:
per eum editus, petitione accedente: eundem tractatũ (ſi
mihi videretur probabilis) ſuſcriptione mea corroborarẽ
Vidi laborem: & reuidi. Et cum mihi prędictus doctor:
in huiuſmodi ſuo opere: videatur euidentẽ adduxiſſe ve
ritatem, pręcipueꝗ primę queſtionis(quę ceteris eſt con
trouerſior) ſeries & aſſertio multũ placeat. Quippe in q̃
tum ratiocinando: tum maxime confutando: ingenij ſui
vires: laudanter ſint explicatę. Sum ergo, ſuis huiuſmõi
ſubſcribere paratiſſimus. Tum quia veritatis me ardor
impellit, quã credo ab omĩbus: pręcipue autẽ a Theolo-
gis: debere multũ coli: quorum omĩs doctrina: ad verita
tem defendẽdam: laborare debet. Is enim de quo noſtra
profeſſio ſanctiſſima: principaliter tractat, inqt. Ego ſum
via veritas & vita. Tum etiam: ꝙ meritũ eſſe arbitror, vt
quando huiuſmodi opus: cum meis cõcluſionibus: pub
lice diſputatis, conſentit, ea quę publice defendi: etiam in
ſcriptis adprobem. Ne tamen(quia meę cõcluſiones huic
operi inſertę ſunt) inuidi forte dicere poſſent, me propter
ſordes & gratiã ſubſcripſiſſe, Itaꝗ ad occludendũ male-

doloꝛꝫ ora: & ad cōuincendū: aduerſarijs nō eſſe locū vllū cōtradicendi. In materia prīe queſtionis: ꝑ poſteriori opinione: certa quedam (vt arbitror) efficaciſſima. pro confirmandis eiuſdem doctoris rationibus: addidi.

Et primo: quia principale fundamentū: ſuper quo ſe fundant: tenētes contrariā concluſionē. Eſt: ꝙ pater iudeus: ex iure quodam naturali: habeat poteſtatē. quo impedire quecunqꝫ poſſit. ne ſuum paruluꝫ: eo inuito baptiſet Vnde cum verum ſit. ꝙ [a] principali fundamento deſtructo: tota ruat machina. Ideo vltra ea: que in dicto opere allegata ſunt. ſupradictū eorum fundamentū: aptiſſime deſtruam. pro cuius declaratione: duo ſuppono

a principali l. cum principalis. ff. de reg. iur. cum ꝯcor. ibidem

Primo ꝙ oē ius naturale: eſt diuinū: ius eīm naturale eſt a deo: cordibꝰ hūanis inditū & inſcriptū: qđ mltiplicitet ꝓbari pōt. Nam Hieremie. xxxi. dicit: dabo legē meā in viſceribꝰ eorū. & in cordibꝰ eorū ſcribā eam: Et in pſal. Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe. Et aplſus ad Rom. ij. Cū enim gentes: que legem nō habent. naturaliter faciunt ea que legis ſunt. E diuerſo quoqꝫ diuine leges: natura cōſiſtunt vt dicit Auguſtinus ad Caſulanū: & habet in. c. ſana diſt. ix. Qđ tū diſtinctionē habet. Nam ius diuinū: quantum ad ſacramentalia: formaliter loquendo: ſeu quantum ad ſuperficiem: nō eſt de iure naturali. Sed quantum ad correſpōdentiam: vel moraliter intellectum: habet quādam annexionē iuris naturalis. de quo pulcher textus: cum eleganti glo. in. §. his itaqꝫ. diſt. vi. ſa. tex. in. §. ſed cum naturale. diſt. v.

b diuinū de quo eſt glo. in. c. i. c. ius naturale; et vtrobiqꝫ Card. diſt. i.

Secundo ſuppono: ꝙ vnum ius naturale ſeu diuinū: alteri iuri diuino: non cōtrariatur. Quod patet: ſi etenim inter iura naturalia eſſet cōtrarietas: tunc ſimul & ſemel obſeruari nō poſſent. Duo enim [a] cōtraria: eodem tem-pore: in vno ſubiecto nō verificant̄. Et ſic deus pręcipien do iura diuina obſeruari, pręcepiſſet impoſſibile: quod ſentire anathema ſit. Iugum em̄ meum (ait ſaluator) ſuaue eſt, & onus meum leue. Et ex [b] regula iuris: ad impoſſibile nemo obligatur.

[a] contraria fa. l. hęc verba ille aut ille. ff. de ṽ. ſig. no. in. l. ſed et ſi pupillus. §. Si inſtitoria. ff. de inſti.
[b] l. impoſſibilium. ff. de reg. iur.

His ſuppoſitis: Sic arguo: pater iudeus nō ſolum ſibi ſed & filio: debet & tenetur efficaciter velle ſalutem. Qd̄ & in quocūq; homine: nedum in filio procedit, ex pręcepto diuino: quo dicitur. Diligas proximū tuum ſicut te ipſum. Debebit igitur [c] media etiā neceſſaria ad ſalutem ei velle. Sed baptiſmus eſt ſibi & filio mediū ad ſalutem neceſſarium: per illud Ioā. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu: non intrabit in regnū celorum. Similiter ꝑ illud Euangelij. Qui crediderit & baptiſatus fuerit &c. Igitur tenetur ſibi: & filio velle vt baptiſetur. Cum ergo pater iudeus: ex diuina lege (quę iure naturali vt diximus cōſiſtit) tenetur velle: ꝙ filius ꝑuulus baptiſetur. igitur ex nulla lege naturali ſeu diuina: poteſt illud nolle. Nam talis lex: eſſet priori cōtraria. quod eſſe non debet. ꝑ ea quę ſupra in ſecunda ſuppoſitione: dicta ſunt. Per cōſequens ergo infertur. ꝙ nec impediri poſſit talis pater: baptiſma filij. Nam poſſe impedire, eſt poſſe nolle: argumentum opt. in. l. ij. in. fi. ff. ſol. ma. & ex regula iuris. Qui poteſt inuito etiam eo ignorante poteſt: igitur &c.

H

e media non em̄ finis ſolum: ſed via etiam ad finē ꝯſideratur. vt
colligitur ex Bal. conſi. cc. lxvij. ſupra alle. ar. ꝑ hoc in. l. item. §. qui
hauſtum. ff. de ſer. ruſt. pred. cum ſi.

Secundo: Poteſtas patris in filium: & viciſſim obedi
entia filij ad patrē: relatiue dicunt̄. igitur ſeſe equaliter re
ſpiciunt. Sed obedientia filij ad patrē: non eſt niſi in dn̄o
vt patet ꝑ Apoſt: ad Epheſios vi. vbi dicit̄. Filij obedite
parentibus veſtris in dn̄o. Et glo. ibi exponit: obedien
tiam eſſe ſecūdum fidem & iuſticiā domini: Hoc em̄ iu
ſtum eſt ait textus. Si nunc obedientia filij ad patrem:
in domino eſſe iubetur. Igitur ediuerſo poteſtas patris in
filium: etiā in domino (id eſt ſcd'm fidem & iuſticiā dn̄i)
eſſe [a] debebit. Sed dicas mihi: qui contrariū defendis. An
ne hec patris poteſtas: qua baptiſma filij impeditur. in
domino ſit? Forte in dn̄o eſt. Sed non in domino deo:
ſed in dn̄o principe tenebraꝝ: quē Chriſtus eiecit foras.

a debebit Quia relatiua ſunt ſimul natura no. in. l. inter ſtipu.
§. ſacram de ver. ob. ſa. l. i. C. de indic. vid. toll. cum ſi.

Tertio: Educatio filiorū: ad patem ꝑtinet. Et tal' edu
catio debet fieri in diſciplina & correctione domini. Di
cit em̄ Apoſtolus loco predicto. Et vos patres nolite &c
Et ſequitur. Sed educate eos in diſciplina & correctione
domini: vbi glo. exponit. id eſt vt proficiat in rebus dn̄i.
Tenet̄ ergo pater: vigore ſue patrie poteſtatis: ita educa
care filium: vt in diſciplina proficiat domini: Quod ſi nō
fecerit. ſua poteſtate abutit̄. ꝓhibere ergo baptiſma nō pt.

Quarto: Om̄is poteſtas a deo eſt. Et hec ordinata eſt
Itaq; qui huic poteſtati dei reſiſtit. dei ordinatiōi reſiſtit
ad Ro. xiij. Sed hec eſt ordinatio dei. vt om̄es mortales
baptiſmate renaſcātur. Itaq; pater iudeus: qui tali dei or
dinationi reſiſtit. poteſtati dei reſiſtit. quod ferendū non

eſſe: nō ſolū̄ poſitiua lex. Sed etiā̄ naturale ius docet. Vide qui contrariū̄ defendis. cum ſis chriſtianus: qd aſſeras. Faciat ad premiſſa: ꝙ cum poteſtas patris in filium: ſit ad ędificationē̄: non ad deſtructionē̄. ij. Corin. xiij. & pluribus alijs locis. Prohiberi aū̄t filium nō̄ baptiſatum a baptiſmate. deſtructio eſt manifeſta: igit̄ in eo nulla eſt patris poteſtas.
Ex premiſſis ergo infero. Qꝫ q̄cunq; filios puulos: vel iudeorum vel cęterorū̄ infideliū̄: etiam inuitis parentib⁹ baptiſat. ꝙ is nullum ius: nec naturale nec diuinū̄ infringit. Quod ſi qs hęc: per me p̄allegata: aliaq; fortia pręfati egregij doctoris fundamenta: vere tn̄ non apparenter: diſſoluat. tunc demū̄ (alioquin nullo modo) cū̄ eo ſentire paratus ſum.

Nec obſtat: Si obijceret̄. expectandū̄ eſſe tempus: quo vſq; filij in vſum rōnis adoleſcant. Hoc em̄ fieri nec pōt licite: nec debet. propter tria. Tum qa timē̄dum eſt. ne intra illud tē̄pus: tl'es filij moriant̄. ppetuoq; intereant. Tū̄ etiam ꝙ ſi etiā̄ ſuperuiuent: tn̄ quia vulgo notū̄. ꝙ [a] patrē̄ ſequit̄ ſua proles. Et ꝙ [b] noua teſta capit inueterata ſapit: Et cō̄ſtat: ꝙ hoīes ab [c] adoleſcentia inclinati ſunt ad malū̄ Geneſis. viij. Vnde timeri veriſimiliter pōt. ꝙ vſu rōnis adueniente: filij paternas iſtas & peſſimas traditiōes: potius quā̄ noſtrā̄ ſanctiſſimā̄ fidem recipiā̄t. nec pn̄t tunc filij hmōi: vi coactiōeq; ſimpl'r dicta: ad baptiſma fideq; cō̄pelli. vt in tercia mea cō̄cluſione ſupius inſerta: deductum. & in diſputatione noſtra publice habita: ſufficienter oſtenſum eſt.

[a] patrem Et Diogenes phus (vt ſcribit laer) cum iuuenē̄ vinoſuȝ vidiſſet. Ebrius (inqt) te genuit pater. Et Cicero ī varijs locis teſtat̄ morib⁹ patnis effingi filiū̄: qd idē̄ plutarchus ī li. de educatōn̄. liberoꝝ. Et Quint. in. i. lib. inſti. de pręceptoribus loquens.

b Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Hora.
c xij.q.i.c: omnis etas.

Tum denicꝫ. Quia cum oēs (teſte ad Roma: apoſto-
lo) in peccato naſcimur. omneſcꝫ in vno homie peccaueri-
mus: ad hoc filij ire: in principio ortus noſtri (teſte eodē
d.c. firmiſſie: de cõſe. diſt. iiij apoſtolo) gignimur. Laborandum ergo & ſummopere
nitēdum eſt. Vt paruuli huiuſmodi: quā citiſſime ad bap
tiſma pducantur. Quāuis enim huiuſmodi paruuli. ante
vſum rationis: p proprios actus: nihil mereantur. optimū
tamen eſt: eos eſſe amicos & acceptos deo: miſericordie-
cꝫ diuine: que neminē chriſtianum latitat. eſſe participes.
Nam quis diffiteatur. peſſimū eſſe ipſi paruulo: tanto tpe
gratiam amiciciācꝫ dei: negligere & obſerare: Miror igit
tot magiſtratos: tot illuminatos doctores: contrariū hu-
ius aſſertionis ſcripſiſſe (& predicta: aliacꝫ ad noſtrā par-
tem facientia: nō preuidiſſe. Niſi forte (vt ego arbitror)
id a deo pmiſſum: ea ratione fuerit. vt & nobis: qui hac
etate viuim᷒. occaſio & facultas pateat. Veritatē que (teſte
Democrito) in pfundo dimerſa iacet. ingrēdi: noſcꝫ exer
citādi potius in his vtilib᷒. quā in ſupfluis hui᷒ mūdi fa-
tuitatibus. Qd pbatiſſime & doctiſſime: nūc fecit egre-
gius doctor prefatus. in opuſculo preſenti: pro quo labo-
re (vt audacter ſpero) deus repoſuerit ſibi coronā iuſticie
in regno ſuo. Itacꝫ tam prime queſtionis aſſertioni: quā
ceteris duabus (quantū certe in eiſdem duabus Theolo-
gi partes ſunt) ſubſcribo. eacꝫ approbo: Eccleſie determi-
natione ſemp ſalua. Cuius aſſertioni: iuxta ſolitam Theo
logorum proteſtationem: me ſubijcio.

# Teſtimonia

## Subſcriptio celeberrimi

viri:ſacre theologie profeſſoris: Ma-
giſtri Ioannis Schluphij.

Ioãnes Schluphius: ſacrarꝫ litterarũ profeſſor:ordine Theutonicus: Vdalrico Zaſio legum interpreti ꝑſpectiſſimo ſalutẽ. Non immerito ego homo mediocriter doctus:tibi aſſentio virorꝫ doctiſſimo: quẽ te: docti miro quodam ardore colunt.omneſqꝫ ſtudioſi amant. a te pręcipue euehendi. Quos nedum opa:ſed & vigilantia ſingulari:& admirabili deniqꝫ:non tã diligis ꝙ iuues. Obtuliſti mihi tractatulum. In fidei noſtrę hoſtes ꝑfidos iudeos:ꝑ tres queſtiones ſecretũ:quẽ diligẽter a me viſum: deuotiõe mentis interna approbo, quia pietatis oclo nõ lippienti nec lachrimanti adoculo. Et quã maxime ad eius ꝑtem primã (quę ceteris duabus mihi nodoſior viſa eſt):mltis tñ elegantiũ rationũ munitionibꝰ ſtipata. Affirmo igit̃ tuã opinionẽ:in ea tua cõpilatione:non ſolũ piã verꝫ etiã & probabilẽ. Ignoſcat queſo lector. Theologice meã ꝑſtringo ſententiã. Quis negabit duplr cõtrarie opinari: Vno modo circa ea:quę ad veritatẽ & chriſtianę religionis doctrinã ſpectant. nullus ambigit: puta circa fidei articulos:& ea quę in biblie canone (cuius maior eſt auctoritas:ꝙ cuiuſcũqꝫ ingenij ſubtilitas) cõtinent̃. Alioꝝ mõ circa ea:quę ad humanę inqſitionis ꝑſpicacitatẽ ꝑtinere vident̃. deciſorie itaqꝫ dico:opinari cõtrarie: circa ea quę ſunt de neceſſitate & veritate fidei: cum aſſertiõe & defenſione oppoſiti:ſimpliciter.eſt pctm̃ mortale non ſolũ erroris:ſed & hereſis Neqꝫ em̃ error ſimplex hereſim inducit.habent(quia)ſe error & hereſis:ſicut ſupius ad inferius. Perſpicuũ eſt abbatẽ Ioachim:circa trinitatẽ piculoſiſſime erraſſe. Non tñ fuiſſe hereticũ. Preterea opinari

Adoculare ꝓbũ eſt: adſiſtare.

Hec diſtinctio ꝑte ꝓbat̃ per mlta cꝯper: diſ curſum diſt. viij.

Cõclo prima.

Cõclo ſcda

Cõclo tertia.

contrariũ:circa ea quę ſpectant ad hũanę inquiſitiõis acu
men:Nedum licitũ eſt.Sed etiã plane receptũ.Id em̃ lici
tũ eſt.qđ nulla lege prohibet̃. Ad propoſitũ itaq̃ʒ regreſ-
ſus:opinionẽ tuam non ſolum probabilẽ:verũ etiã ab oĩ
catholico:pie & firmiter amplectendã eſſe aſſero. Tum
quia roborat̃ ex lege naturę lapſę. Tum firmat̃ ſeruitutis
iure: vt docte probas & diffuſe. Tum quia eſt in fauorẽ
fidei:in rabidos canes:quos chriſtianiſſim⁹ noſter Hylari
us:Doctor illumniatus:deicidas nõ tantũ homicidas ap
pellat(loqtur ꝑ ydeomatũ cõicationẽ).Quos tu tibiq̃ʒ ſi-
miles (o vtinã plures) ad fidei lumẽ reducere ſatagis. vt
ſaltem inſtar canũ: Lazari paupis vl̃nera vlceroſa: collin-
gere ſtudeãt. Vale.& eccl̃iaſticã religionẽ amplecti non
deſine.hinc enim tua & noſtra oĩm ſalus.Ex officina Cu
rię parrochialis vberlingen̄:tertio decimo Kalendas Au-
guſtas. Anno .1.5 o . 8 .

# Subſcriptio clariſſimi vi
ri domini Hieronimi Vermij Vtri-
uſq̃ʒ iuris Doctoris.

Salutem plurimã dicit:pręclariſſime conſumatiſſime:
ac eminentiſſime vir. Reddite fuerunt mihi ſupioribus
diebus: tuę ad me ſuauiſſime & elegãtiſſimę litterę:cum
quodã tractatu: tres pricipales queſtiões: de liberis & p-
uulis iudeoꝝ baptiſandis cõtinente. q̃s legi & relegi. In
qbus etiaʒ meũ offitiũ reqris. a me quoq̃ʒ petis,vt q̃ mea
in eiſdẽ ſit ſententia: tibi libere aperiã. Cur aũt tibi non
gratificor.aut morẽ gerã,ſim plane neſcius Itaq̃ʒ ſententiã
anĩ mei tibi ingenue aperiã nõ inuitus.legẽti mihi ſimil-
q̃ʒ admodũ exacta diligẽtia ea ponderãti: quę in eiſdẽ ac
alijs appenditijs queſtiõibus: exactiſſima opa:nõ min⁹
vere quã eleganter ſcripſiſti,non pñt mihi eadẽ non pla-

cere.quippe cũ nedum vera & probabilia: verũ etiã iuri ꝙ maxime cõſentanea: mihi eſſe videnť. In qbus quidẽ argumẽta & rões ꝓ vtraqꝫ parte: & quidẽ minime atra re: ſed potius pleno (vt aiunt) cornu addoxiſti. & argumẽ ta partis aduerſe: contra tuã ſententiã firmantis: omino diſſoluiſti. ac plane cõtriuiſti. tuam vero in p̃dictis ſenten tiam: taliter & auctoritatibus & rõnibus cõprobaſti: & tutatus es. vt nihil dubij omino habere cenſeať. vt abſqꝫ tremore in mediũ prodire: predicte tue lucubratiões poſ ſint: quare nomen tuũ immortalitati cõmendaſti. Peri culum aũt in paleſtra: ita egregie de te feciſti. vt mihi tu to de te ꝑſuadeam. ꝙ in futurũ alias lucubratiões tuas: in alijs factas & fiendas: aliqñ in mediũ editurus ſis. put bo na ſpe maneo. Et meã erga te expectationẽ nequaqꝫ fru ſtrari patiaris. quã non ſolũ equaturus: verũ etiã cumula tiſſime ſupaturus ſis. Cum aũt non minus vere ꝙ elegã ter inquiat glo. fi. in. c. ij. de iude. omnẽ rigorẽ ſeueritatẽ qꝫ: contra puicaces obduratos & perfidos illos iudeos: & quidem in eorum odium ſeruandam eſſe. Et ſumma ra tio ſit. que pro religione noſtra chriſtiana faciat: etiam in dubio. Et in dubio etiam opinio ea ſeruari debeat. per quã periculum anime euitatur. Itaqꝫ (vt ſupra) ex animo ſentio: atqꝫ iudicium animi mei. vt ſe habet: aperui. Vale itaqꝫ felix. Meqꝫ peculiari iure: ꝓ tuo vtare. Et me vt facis ama. Ex Conſtañ. xiiij. Kalẽ. octobres. Anno &c. qnto

Hieronimus Vermius cognomento Wurm: Vtriuſqꝫ iuris doctor Ticinenſis: patron⁹ cauſarũ Curie Conſtañ.

Teſtimonium Hieronimi baldūg. V.I.D.

Legi tuum de iudeoꝝ filijs baptizandis tractatū: do
ctiſſime Zaſi. nec legi tm̄: ſed relegi: ſed ꝑlegi etiā: nec ad
huc eius ediſcēdi quoqꝫ deſiderio ꝑfunctꝰ ſuꝫ. Ita me ver-
boꝝ delectat cōcinnitas: ſnāꝝ docet eruditio: rōnum ꝓ-
mouet efficatia. Vt quā in eo ꝑcēſendo: meā rogaſti ſen-
tentiā: ea plane expedita ſit: tua opa maxīe. Nā effeciſti: vt
nihil rear iſtac aſſertiōe verius: nihil firmius: nihil proba-
bilius: nihil deniqꝫ ſanctius: credi oportere: id qđ in litte-
raria rep. primi nōis viri: Georgius Northofer: & Ioānes
Schluphius: diuinę ſcīę doctiſſ. profeſſores: nō tm̄ aſſenti
unt: ſed & rōnibꝰ. vt argutiſſimis: ita inexpugnabilibus:
firmiſſimiſqꝫ oñdunt: & cōuincunt. Quos ego merito ꝑ
ueneror: tuū vero expolitiſſimū ingeniū: & laudo & ad-
miror: adeo vt meę deſidię pudeat. Cū te videā: inter fo-
renſiū diſceptationū ſtrepitꝰ: & familiarꝫ rei faſtidioſas oc
cupatiōes: nedū ſacratiſſimaꝝ legū integerrimū interpre
tem: quottidianis profeſſiōibꝰ: dignā laudē. Veꝝ etiā di-
ſertiſſimis oīs generis lrāꝝ monumētis: eternā memoriā
cōparare. Qđ tibi tuiſqꝫ ſilibꝰ: de bonis ſtudijs optīe me
ritis: vnū in terris dignū ꝑmium ꝑponit: hoc vt meo: ita
oīm bonoꝝ viroꝝ iudicio plane conſequeris. Vale.

Quę in hoc ope ꝯtineāt. Io. Adelphi. Muſici Argeñ. decatoſticō

Paruulus inuito ſi ſit patre iure ferēdus
Sitqꝫ ſalutifero fonte lauanda lues
Nam propriū velle iuris cenſetur habere
Qui pius hac ſacra ſanctificatur aqua
In pignus natum genitor cum forte dediſſet
Iudeus: ſacram qui inde petiuit aquam
Debeat admitti nec ne: iam queſtio noſtra
Frangere cumqꝫ fidem cogitur ille datam
Hec ſi ſcire velis: preſens modo perlege ſcriptū
Doctus enim vates zaſius iſta dedit

# Teſtimonia

Excellenti & egregio D. doctori Vdal rico Zaſio: Thomas didi: Aucupa rius: Poeta. Lau. S. P. D.

Qũum tot preſtantes per nomina clara patroni
Hic ſubſcripta tuum teſtificantur opus
Ingenium laudant: ſtudium mirantur: acutum
Rebus in hebræis iudiciumqꝫ probant
Quare ego non digno tua ſcripta amplectar honore
Splendoremqꝫ tui nominis atqꝫ decus
Laudibus vt ſummis iuris legumqꝫ peritos
Ornarunt varijs ſecla vetuſta modis
Cuncta quod ad rerum curas hominũqꝫ ſalutem
Proſpiciantqꝫ ſua cuncta tuentur ope
Diuiniſqꝫ regunt totum quod legibus orbem
Tanqꝫ cœleſtes hos coluere deos
Sic tua non opera virtus celebranda minori
Virtus phœbeo non reticenda choro
Non reticenda animi fœlix fœcundia docti
Qua tuus æterno flore virebit honos
Aurea nectareo quoqꝫ vena referta liquore
Plurima quȩ largo dogmata rore parit
Hinc tua q̃ veterum quos gloria tanta ſequuta eſt
Iureperitorum gloria maior erit
In te nam fulget doctrina remotior: in te
Diſciplinarum germinat omne genus
Te quȩrunt homines oracula delphica tamqꝫ
Et reſponſa cliens publica quiſqꝫ capit
Ad te concurrit legum ſtudioſa iuuentus
Te doctore graui doctior omnis abit
Oppreſſos releuas: facis atqꝫ reſurgere lapſos
Conſilo diues gaudet inopſqꝫ tuo

# De iudeis

Ardua tanta licet ſine fine negocia tractes:
    Et licet aſſiduo iura labore legas
Nulla tamen poterit res q̄tumcūq; ſeuera
    A ſtudio Zaſi te reuocare bono
Quin noua palladijs ſemper redimita coronis
    Parturias: velud hęc ſcripta diſerta docent
Quę merito illuſtri ſunt inſignita nitore
    Et tot ab eximijs hic decorata viris

Vale.

Argentinę Prouidus vir Ioannes Gruniger
Impreſſit. Io: Adelpho: caſtigatore
Anno ſalutis. M.D.VIII.

701 [illegible]

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

B, VII, 8.

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg